



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manvale Exercitiorvm Spiritvalivm**

**Capilla, Andrés de**

**Coloniae, 1607**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](#)



+ Th. 3667.

Vite Sanctorum.

Almanac exornatus Andr. Capelle.

J. XIV. 22.



Ex donacione Willibaldi  
Friedrichi Bibliopolae  
Clementis 1688  
in folio  
Oeuvres de la poesie  
française.

# MANVALE EXERCITIORVM SPIRITALIVM.

PRIMVM AB ILLVSTRISS.

& Reuerendiss. D. ANDREA CAPELLA  
Cartusiano Cartusia sculae Dei in Hispanijs pri-  
ori, deinde Episcopo Vrgelensi, Hispanice on-  
scriptum & nunc primum ab ANTONIO

DVLCKEN. Cartusiano Lc-  
cine editum.



COLONIÆ,  
Apud Conradium Butgenium  
Anno M.D.CVII,



# PIO LECTORI.



ARVM rerum que  
ad vita Christiana  
perfectionem neces-  
saria sunt, prima &  
potissima est Dei atq;  
d minorum mandato  
rum assidua conside-  
ratio & memoria. Hac enim est potentissimum  
frænum ad coercenda corda nostra, ne in or-  
dinatas appetitiones suas sequatur: hæc est  
efficacissimum remedium ad conseruandam  
hominis tum interioris, tum exterioris bona n  
constitutionem: hæc est fortissimum scutum,  
ad excipienda & repellenda omnium inimi-  
corum nostrorum, aduersum nos contorta  
iacula. Hæc præterea est admirabile me-  
dium ut Deus semper operetur in nobis, dona-  
que & gratias suas in animabus nostris accu-  
mulet. Quamuis enim Deus sit fons qui iam  
perennis indesinenter fluens, & quantum  
ex se est, paratissimus gratiarum saecu-  
n aquas, ad quis omnes inuitat, nōis conser-  
ve: necessariam tamen est, ut illum accedere

## PRAEFATIO.

ut ea percipias. Hinc Prophet a David. Psal. 33.  
Accedite, inquit, ad eum & illuminami-  
ni, & facies vestræ non confundentur.  
Et alibi loquens de continua memoria qua  
Dei meminisset. Oculi mei, ait, semper ad  
Dominum quoniam ipse euillet de la-  
queo pedes meos. Et iterum: Prouide-  
bam, dicit, Dominū in conspectu meo  
semper, quoniam à dextris est mihi ne  
commouear.

Vbi glossa Cassiodori ait: Exponendo quid fe-  
cerit tradit nobis singulare remedium quo  
peccat avicemus Nam qui illum semper intue-  
tur acie mentis: nullatenus ad del. Et a conuer-  
titur. Et S. Gregorius Nazianzenus dicit.  
Dei memoriam tam continuam in nobis esse  
debere, ut non tam sape Spiritum ducere,  
quam Dei meminisse debeamus. Hanc vero  
memoriam dicit, ab anima omnem nœstiri-  
am expellere, & ingenti cum voluptate com-  
plere: Quod regius Prophet a David confir-  
mat, cum Psalm 76 sic ait: Renuit conso-  
lari anima mea in rebus videlicet præsentis  
vita, misericordia Dei, & delectatus sum.  
S. Bernard inquit. Sicut nullū est mometum  
quo homo non vivat vel fructus Dei bonita-

160

## PRAEFATIO.

re & misericordia sic nullum debet esse momentum, quo eum præsentem non habeat in memoria S. Gregorius Papa hortatur nos, ut eum semper memoria circumferamus, per quem facta est memoria: Et alibi declarans quam vtilis sit hac Dei memoria dicit. Ei cordi quod in Dei memoria semper occupatum est, malignum spiritum dominari non posse. S. etiam Ambrosius monet: ut siue inaducemus, siue bibamus, semper annunciemus Christum, cogitemus Christum, precemur Christum, loquamur cum Christo intus in cordibus nostris, nec unquam discedat ab ore nostro. S. Hieronymus dicit. Sicut miles in prælio nunquam deponit arma, ita Christianum quemlibet in omni loco armari debere oratione: ut eum egradientem armet oratio, ac reuertenti præsus oratio quam seßio occurrat.

Hac continua Dei consideratio siue memoria duobus præcipue modis fieri potest. Vel stabilem & certam aliquam considerationem assumendo, in qua continuè perseveremus: vel occasionem ex ipsis rebus quæ videmus, aut ex negotijs quæ quotidie tractamus ad cor ad Deum erigendum captando. Prior modus difficilioris est opera, ac requirit hominem in sui

## PRAEFATIO.

recollectione valde exercitatum : intellectus quieti atque à negotijs omnibus solutum ac liberum ideoque proprius est solitarium.

Alter facilius est : quia præter varietatem qua naturam oblectat , & fastidium tollit ; illa qua videntur & negotia qua trahuntur cor ad quarendum Deum assuefactū facile excitant , vrgent q̄, ut fructum aliquem ex visis vel auditis eliciat . Quo etiam uti possunt qui multi negotijs exterioribus occupantur & distinxeruntur . Ad hoc autem faciendum s. Paulus Apostolus , omnes Christi fideles in Epistola quam ad Ephesios scripsit hortatur , dicens . Lequentes vobismetipsis in psalmis , hymnis , & canticis spirituallibus : cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino : gratias agentes semper pro omnibus , in nomine Domini nostri Iesu Christi , Deo & Patri .

Ego , igitur ut utilem & sanctam hanc exercitationem pro virili pro monerem , opera pretium esse duxi conscribere hoc MANV A. L. E , in quo methodum traderem , quomodo ex omnibus que aguntur aut videntur quilibet

PRAEFATIO.

quilibet occasionem cor ad Deum erigendo sumere posse. Vel per breuem aliquam sacrarum literarum sententiam quem propositam directe respiciat: vel per considerationem aliquam: aut Gratiarum actionem: aut Confusionem: aut Petitionem: aut Oblationem: non quod obligemus lectores ad illa omnia simul exercenda, sed ut quisque in tantæ rerum varietate sumat quod sua conditioni ac spiritui conuenientius esse iudicauerit: vel si prater illa que hic annotata sunt ( neque enim omnia spaciatiim scribi possunt ) aliud aliquid menti eius sese offerat, ut ex ijs que hic scribuntur, nouerit, quomodo ad usum illud conuertere posse.

Hoc autem MANVALE non ideo scripsimus vt tantummodo legatur: quia id parua admodum utilitas foret, sed vt ea, que in eo continentur, exerceantur. Quod qui fecerit, & aliquot diebus continuauerit, tam nobilis inde fructus in anima percipiet, ut certus sim, quod omnem laborem molestiam in hoc exercitio perlatam optimè impensam iudicatus.

PRAEFATIO.

Et spiritualiter id, quod in veteri lege Sacerdos  
v' u' precipiebat ur', t ignem qui ante arcam  
fæcer' u' ruger ardere debebat lignis subiectis  
jouerent, alerent q'z perfecturus sit: quia hac  
ratione in se censuab tur deuotionis & di-  
uini amoris ignem, qui in corde nostro quod  
est Aliare in quo Deo Spiritualia sanctorum  
cogitationum & desideriorum sacrificia offe-  
r'mus incessanter ardere debet. Deus omni-  
potens cunctis christi fidelibus gratiam lar-  
giatur, ut illum solum in omnibus operibus  
suis spectent, sanctissimamq'z ipsius  
voluntatem in omnibus im-  
pleant, Amen.

Exer.

# EXERCITIVM PRIMVM.

*Matutino tempore exercendum  
quando expurgiscimur.*

**R**AECEPIT Deus in veteri lege , omnium rerum primitias sibi consecrari , quod eo fecit consilio, ut omnes agnoscerent & cōfiterentur ipsum esse Dominum totius vniuersi, decuius liberalissima manu, cuncta nobis abundē proueniant,& subministrantur. Ita Iustissimum quoque est, ut ei offeramus primitias vniuscuiusq; diei, quem nobis ideo præstat, ut in eo vitæ ac lucis huius vsura fruamur, & creaturarum solatio gaudeamus. Quod fiet si opera dederimus, ut ipse primus cor nostrū possideat illum priorem cogitemus desideremus, amemus. Quod commode fieri poterit sequenti exercitio:  
*Psalm.3 Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi quia Dominus suscepit me.*

aa 5      Cant.3.

## MANVALE.

**Cant. 3.** Surgam & queram quem diligit anima mea.

**Psalm. 87.** Mane oratio mea praeueniet te.

**Illi 33.** Domine misere nostri, te enim expectavimus est obachum nostrum in mane,  
& salutem nostra in tempore tribulationis.

**Psalm. 43.** Exurge domine adiuua nos. & redime nos propter nomen tuum.

## Adoratio.

**A**dorabimus Deum in iustis cordis nostri, agnoscentes illum esse verum Deum, Dominum, & Creatorem nostrum, cuius est vita qua vivimus, & esse quo fruimur, a quo toti dependimus, & sine quo ne momento quidem subsistere possemus.

## Gratiarum actio.

**G**ratias ei referemus pro omnibus beneficijs cum generalibus, tum specialibus quæ de sanctissimis eius manibus iam inde ab exordio conceptionis nostre in hanc usque horam suscepimus: Speciatim vero quod vitam nobis saluam & in columem illa nocte conseruauerit eamque ad auroram usque produxit.

## Petitio

## EXERCITIO. SPIRIT.

### *Petitio.*

**P**ostulabimus à Domino, ut hodie-  
na die sanos atque incolumes nos  
custodiat, quo gratum ei obsequium  
exhibere valeamus, utque cuncta no-  
bis ad vitæ sustentationem necessaria  
suppeditet, & ab omnium inimicorum  
nostrorum insidijs, ne eorum fraudi-  
bus scelus aliquod impulsi, iustum ip-  
sius indignationem incurramus tuea-  
tur atque defendat.

### *Oblatio.*

**O**fferemus nos totos Domino,  
omnes sensus, omnes animæ po-  
tentias, omnes denique vires corporis  
ad insumendum eas integre, quoad e-  
ius fieri potest, hodie in ipsius seruiti-  
um, omnes insuper cogitationes, ver-  
ba & opera nostra, vt ipse sic ea regat &  
moderetur, vt cuncta ad supre-  
mam suæ altissimæ Maiestatis  
gloriam dirigantur.

(..)

aa. 6.

Quatt

MANVALE.

*Quando induimur.*

Exercitium. II.

*Roman. 3. Induimini Dominum Iesum Christum.*

*Ibid Abiijciamus opera tenebrarum, & induimur armatis.*

*Isai. 65. Induit me Dominus vestimento salutis & indumento iustitiae circumdedit me.*

*Apocal. 3. Qui vicerit vestietur vestimentis albis.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus. Per peccatum nos obnoxios factos esse frigori, & aliquique necessitatibus corporis; induitique nobis esse necessitatem vestimentorum. Præterea Christum Redemptorem nostrum, ut criminata nostra dignas satisfactione expiaret, nudum in ligno crucis spiritum reddidisse.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Domino qui nobis largitus est, unde corpora nostra operire, eaque à frigoris asperitate tutari possemus. Et quia nuditatem nostram spiritualem prætioso gratiæ suo vestimento contexit.

*Confusio.*

## EXERCITIO. SPIRIT.

### *Confusio.*

PVdore suffundemur , animæ nostræ nuditatem attendantes , cuius vestē primā innocētiæ baptismalis disruptimus, quæ cū Dei beneficio s̄epenu- mero esset redintegrata , nos denuo eā minutim discidimus & dilaceramus.

### *Petitio.*

PRecabimur Dominum , vt ei placeat hoc vestimentum restaurare, coquæ & virtutum indumento nuditatem nostrā obtegere, vt tollatur opprobriū nostrū, & anima nostra decenter adornata appareat in oculis suæ diuinæ Maiestatis.

### *Oblatio.*

OFFeremus nos Domino, ad tolerandam amore ipsius omnem paupertatem, nuditatem & ipsam denique mortem crucis.

### *Quando lauamur.*

#### Exercitium I.I.

*Isai. 1. Lauamini, mundi estote, auferte malas cogitationum vestiarum.*

*Psalm. 50. Amplius laua me ab iniuitate mea  
Et a peccato meo munda me.*

*aa 7*

*Psal. 23.*

M A N V A L E.

*Psalm. 25. Lauabo inter innocentes manus  
meas.*

*Apoc. i Christus dilexit nos, & lauit nos à pec-  
catis nostris in sanguine suo.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus in nunc esse pu-  
ritatis & munditiae amorem, qui  
propter amorem, quo nos complexus-  
erit, ut nos à peccatorum nos forum  
in mundum tibi lauaret, praeparavit no-  
bus balneum ex sanguine suo, atque il-  
lus nobis virtutem applicauit. Lauit  
etiam nos aqua baptismatis: sed & assi-  
duo nos vi & efficacia reliquorum Sa-  
cramentorum, speciatim Sacramenti  
pœnitentie à scelerum fôrdibus emun-  
dat.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias habebimus Domino, pro il-  
lo inexhausto fonte, omnibus in-  
tra Ecclesiæ septa constitutis apparato,  
hoc est virtute sanguinis Christi, quæ  
nobis abundè communicatur per sep-  
tem illos septem sacramentorum ca-  
nales. Quorum virtute quantumuis e-  
tiam horridæ & inueteratæ sint pecca-  
torum.

## EXERCITIO. SPIRIT.

catorum nostrorum maculæ ita nihilo  
lominus emundamur, vt anima no-  
stra lana diligentissimè lota nitidior,  
& niue candidior remaneat.

## Confusio.

**E**Rubesceamus vilitatem & miseri-  
am corporis nostri inspicentes, de  
quo egreditur tanta spurcitas, vt ne-  
cessere nobis sit quotidiana & sàpè repe-  
tita lotione quam si negligemus, ita  
feciidi & graueolentes redderemur vt  
alter alterum, vix aut nullo pacto  
sufferre posset. Præteria illam miseri-  
am cordis nostri longè grauiorem à  
quo profluxere, & indies proficiscun-  
tur, tot scelerum ac flagitorum impu-  
ritates.

## Petitio.

**P**ETEMUS à Domino cordis munditi-  
em, vt non solum pedes nostros,  
quemadmodum discipulis suis fecit,  
sed & manus & caput. & quicquid de-  
mum in nobis est, diligenter purificet,  
vt mundæ sint cogitationes, desideria  
& opera nostra.

## Oblatio.

MANVALE.

*Oblatio.*

**O**FFeremus Domino, purissimam  
illam Redemptoris nostri Iesu  
Christi animam, iphis Angelicis spiriti-  
bus splendidiorem, in qua nunquam  
locum habuit neque habere potuit ul-  
la peccati labes: nec non illam sanctissi-  
mæ matris eius munditatem, quæ pu-  
rior & nitidior omni pura creatura  
extitit.

*Ad egressum domus,*

Exercitum. IV.

**P**sal. 24. Vias tuas Domine demonstra mihi,  
& semitas tuas edoce me.

**P**sal. 118. Utinam dirigantur via mea ad cu-  
stodiendas iustificationes tuas.

**I**bida. Omnem viam iniquitatis amoue à me.

**I**bida. Auerte oculos meos ne videant vanita-  
tem.

*Consideratio.*

**C**Onsiderab musquomodo egredi-  
ens Dei filius è sempiterno habita-  
culo suo, id est, è sinu æterni patris, id-  
que sine sui ab illo separatione nostræ  
utilitatis gratia avenit in mundum & fa-  
miliariter conueratus fuit cum ho-  
minibus.

## EXERCITIO. SPIRIT.

minibus. Quam etiam immaculat a&  
sancta fuerit eius conuersatio qui nul-  
lo se scelere, vlo vnquam tempore  
contaminauit.

### *Gratiarum actio.*

**G**ratias reddemus Domino, qui cū  
plurimi sint claudi, nonnulli pa-  
ralytici alij in carceribus ferro & vin-  
culis constricti, nobis contulit sanita-  
tem & libertatem, quo negotijs, no-  
stris intendere, valeamus.

### *Confusio.*

**V**erecundabimur, quod s̄apē non  
modò nullius emolumenti causa  
foras egressi fuimus, sed etiam cum  
graui animæ nostræ detimento, quā-  
do eum in finem exiuimus ut pedes  
noſtros in canosis peccatorum ſemitis  
inquinaremus.

### *Petitio.*

**R**ogabimus Dominum, vt nos pre-  
ſeruet ne offendamus in vijs huius  
vitæ innumeris plenæ periculis: néue  
abducamur occasione cuiuscunq; rei,  
quam vel viderimus, vel audierimus à  
ſemitis mandatorum eius.

### *Oblatio.*

MANVALE.

*Oblatio.*

**O**FFeremus Domino singulos pa-  
sus quos facturi sumus dirigendo  
eos ad solam illius gloriam & specia-  
tim offeremus ei negotium illud ad  
quod conficiendum pergimus, ut ipse  
illud ad supremam suam gloriam re-  
ferat.

*Quando per plateas incedimus.*

Exercitium 5.

**C**ant 3. Per vicos & plateas quarum quem  
diligit anima mea.

**G**en. 17. Ambula coram me, & esto perfe-  
ctus.

**P**salm. 118 Beati immaculati in via qui ambi-  
lant in lege Domini.

**P**rou. 3. Via eius via pulchra, & omnes semita  
eius pacifica.

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus. Quomodo Chri-  
stus nostrę salutis assertor, per pla-  
teas ciuitatis Hierosolymitanę ambu-  
lauerit: quando Iudei eum catenis vin-  
ctum de iudice ad iudicem ducebant,  
Quomodo etiam postea inde egressus  
fuerit ponderosam crucis trahem ha-  
meris.

EXERCITIO. SPIRIT.

meris baiulans, atque ad montem Cal-  
uariæ gradiens, vt ibi cruci affigere-  
tur.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Domino, quod dig-  
natus fuerit de cœlis in terram de-  
scendere, vt nos viam ad illas beatorum  
mansiones per tingēdī doceret, quod-  
que auxilio & ope sua nos roboret ut  
minori négotio cœlestia regna scan-  
dere possimus.

*Confusio.*

**P**Vdore suffundemur nostram intu-  
entes alacritatem, cum qua viam  
perambulauimus perditionis, cuius  
nouissima, ad inferos tendunt; à cuius  
ore iam iuste absorpti essemus, nisi De-  
us cuius bonitas est immensa, permis-  
ericordiam suam nos è fauibus eius e-  
ruisset,

*Petitio.*

**D**E P R E C A B I M V R Domi-  
num, vt nos ciues efficiat cœlestis  
illius

## MANVALE.

illius Hierusalem, ciuitatis pacificæ, & nobilissimæ, cuius incolæ omnes sunt filij Dei, in cuius vicis & plateis, iugiter resonant voces vnanimi consensu laudantium & concinentium *Alleluia*, *Alleluia*.

## Oblatio.

**O**FFeremus nos ad omnem contéptum, quem nobis irrogauerint homines æquanimiter sustinédu ac tolerádum, pro amore Domini & Redéptoris nostri Iesu Christi, qui pro nobis factus est, *opprobrium hominum, & abiectione plebis.*

## Quando pulchrum aliquid intuemur.

### Exereitium VI.

**C**ant. 5. Ecce tu pulcher es dilecte mihi.

**P**sal. 49. Pulchritudo agri mecum est.

**P**rou. 25. Fallax gratia, & vana est pulchritudo, timens dominum ipse laudabitur.

**P**sal. 25. Domine dilexi decorem domus tue.

## Consideratio.

**C**onsiderabimus Deum esse fons totius pulchritudinis, è quo scatu-

**EXERCITIO. SPIRIT.**

scaturit omne bonum, & immensum  
pelagus bonitatis, speciositatis & omnis  
perfectionis.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus ei, qui quamvis  
nullius rei necessitatem pateretur,  
impertitus est nihilominus esse & pul-  
chritudinem creaturis suis, quas de ni-  
hilo per infinitam bonitatem & poten-  
tiam suam produxit.

*Confusio,*

**E**Rubesceamus: quia gratiam amittē-  
do, animæ decorem perdidimus  
illa enim ita exornat & venustat ani-  
mam, quam possidet, ut eam in pul-  
chritudine Angelicis spiritibus non  
inferiorem constituat.

*Petitio.*

**P**ETEMUS à Domino, ut nobis interi-  
orē animę decorē, qua peccati nos  
spoliavit restituat, eumque in anima  
nostra incontaminatum conseruet,  
nec unquam permittat nos specie ca-  
ducareum harum creaturarum illecos  
à sua diuina maiestate longius abduci,  
sed ut potius pro minimo habentes  
quic-

M A N V A L E.

quicquid ipse non est, ipse solus, & ea  
quaे ordinantur ad ipsum, cordis no-  
stris dominiuin possideant.

*Oblatio.*

**O**FFeramus Domino nosipos, ad  
iufferendam amorem illius, & quo &  
libenti animo, omnem subtractionem  
earum rerum quaे oculis nostris ali-  
quam voluptatem adferre possint, vt  
de sola illius diuina Maiestate gaudie-  
re, eaque perfrui valeamus.

*Quando de forme aliquid conspi-  
cimus.*

Exercitum 7.

*Prouer. 11. Abominabile est Domino cor pra-  
uum.*

*Preu. 15. Abominatio est Domino via impij.*

*Psalm. 118. Iniquitatem odio habui & abomi-  
natus sum.*

*Ose. 9. Facti sunt abominabiles, sicut ea qua  
dilexerunt.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus. Diuinæ volunta-  
tis esse, vt in hoc mundo pulchris  
deformia iungantur, vt ex collatione  
vtrorumque ad inuicem patesieret dif-  
feren-

**EXPLICATIO. SPIRIT.**  
ferentia quæ est inter vitium & vir-  
tutem : vt hanc quidem amplexare-  
mus, illud vero toto corde execrare-  
mur.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Domino, qui ~~vt~~  
peccatorum nostrorum turpitu-  
dinem auferret, usque adeo in passio-  
nes sua deformari voluit, vt non esset  
ei species neque decor, cum tamen es-  
set speciosus forma præ filijs homi-  
num.

*Confusio.*

**P**vdore afficiemur, deformitatem  
illam attentes, qua peccatum  
animam nostram contaminauit: quod  
illam tetrorimo Dæmoni similem  
constituit.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Dominum, vt animam  
nostram ab omni turpitudine &  
fæcilitate peccatorum liberet: atque vt  
quemadmodum exterior deformitas  
nobis

M A N V A L E.

nobis in horrore est, ita nobis infundat verum horrorem & detestacionem interioris deformitatis, quam in nobis efficit peccatum.

*Oblatio.*

**O**FFeremus Domino in comparabilem decorem sanctissime animae Christi Redemptoris nostri, ut eius pulchritudo animarum nostrarum deformitatem operiat.

*Quando prosperitas aliqua nobis obtigerit,*

Exercitium 8.

*Psalm. 5. Omnia quæcunque faciet iustus prosperabuntur.*

*Psalm 36. Noli amulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustias.*

*Proverbi. Prosperitas stultorum perdet illos.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus. Quam peregrina iudic a nobis sit collocada in prosperitatibus huius vestrum, in qua frequenter iuxta dictum sapientis, gaudium conuertitur in dolorem.

*Gratiæ*

*Gratiarum actio.*

**G**ratias reddemus Domino pro beneficio, quo nos ornat, prosperum hunc successum nobis impertiendo.

*Confusio.*

**E**rubescemus, quod, quia Dominū sāpē offendimus, nō modo Promerti sumus, vt aliqua in re secunda fortuna vteremur, sed potius, vt & ipsi lapides platearum aduersum nos insurgerent.

*Petitio.*

**O**bscrabimus Dominum, vt nos manu sua sustentet, sicq; modetur, ne aliquis huius sāculi prosperitas ad se nos attrahat, atq; à sua diuina maiestate separet.

*Oblatio.*

**O**fferemus nos Domino ad suffere dam pro amore illius, priuationē tum huius prosperitatis, tum etiam cū uscunque alterius terrenae ac temporalis.

bb

Qua

*Quando aduersitatibus  
premimur*

Exercitium. 9.

*Prou. 12. Non contristabit iustum quicquid  
ei acciderit.*

*Iob 1. Sicut Domino placuit ita factum est,  
sit nomen Domini benedictum.*

*Iob 3. Iustus es Domine, & omnia iudicia  
tua vera sunt: & omnes viae tuae misericor-  
dia, & veritas & iudicium.*

### *Consideratio.*

**C**onsiderabimus, Dominum aduersitatibus præsentis vitę nos erudire, ut amore nostrum à rebus huius mundi transferamus, neque de hoc exilio patriam constituamus.

### *Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Domino, quod aduersis nos excitat, & quasi admonet: cogitque ut ad eum redeamus, in quo solo tota nostra salus & beatitudo sita est.

### *Confusio.*

**V**erecundabimus; considerantes quam iuste propter peccata nostra

**EXERCIT. SPIRIT.**

stra quamuis etiam aduersitatem pro  
mereamur, ita quod nulla nobis eue-  
nire possit tribulatio, quam nō, iusti-  
ori ratione commeruerimus.

*Petitio.*

**P**Ostulabimus à Domino gratiam  
& opem, ad prēsentem aduersita-  
tem excelfo & constanti animo tole-  
randam: ita vt non modo nullum ex  
ea detrimētum capiamus; Verum et-  
iam ad lucrum & meritorum nostro-  
rum augmentem nobis ea cedat.

*Oblatio.*

**Q**fferemus nos Domino ad sustinē-  
dā huius aduersitatis molestiam,  
quamdiu placitum fuerit suae maiesta-  
ti; vniendo eam & iungendo his quæ  
Christus Redemptor noster nostri  
causa perpessus est.

*Quando è creaturis aliquam vo-  
luptatem percipimus.*

Exercitium 10.

*Psalm. 36. Delectare in Domino & dabit ti-  
bi petitiones cordistui.*

*Psalm 103 Ego vero delectabor in Domino.*

*Psal. 76. Memor fui Dei & delectatus sum.*

bb 2

*Psalm.*

*Psalm. 118. In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs.*

*Psalm. 15. Delectationes in dexteratua usq; in finem.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus Deum per illud, quod nos voluptate afficit nobis ad blandiri. Ipse etenim est is qui virtutem creaturis inditam conseruat & simul cū eis operatur: Considera præterea: quam diuersæ ab his sint delitiæ & voluptates illæ quibus beatorum animæ in cœlis perfruuntur, qui immersi sunt omnium voluntatum torrenti, videlicet Deo.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Domino pro innumeris delectationibus, quas nobis per creaturas suas subministrat, & pro æternis illis delitijs & voluptatibus, quas nobis in Regno cœlorum præparauit.

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur: animo pertractantes, quam indigni simus ab aliqua creatura vel minimum percere

pere solatum, quandoquidem scele-  
ribus nostris iure meritoque commi-  
ruimus, ut etiam ipsi lapides contra  
nos se erogant, nobisque in carnifex-  
es commutentur.

*Petitio.*

**O**bstabimur Dominum, ut nos  
participes efficiat, veræ delectati-  
onis quæ in ipso solo existit, & in per-  
fecta voluntatis eius adimpletione:  
neque permittat cor nostrum aliqua  
terrena voluptate pasci, ne vel ad mo-  
mentum à sua maiestate abstrahatur.

*Oblatio.*

**O**fferemus nos Domino non tan-  
tum ad huius delectationis quam  
modò à creatura percipimus: sed et-  
iam ad cuiusvis alterius quam à crea-  
turis percipere possemus, pro illius a-  
morc priuationem.

*Quando dolore aliquo crucia-  
bimur.*

## Exercitium 2.

*Iob 6. Hac mihi sit consolatio, ut affligens  
me dolore non parcat, nec contradicam  
sermonibus sancti.*

bb 3

Psal. 93.

MANVALE.

*Psalm. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuae latificaluerunt animam meam.*

*Isa. 53. Vere languores nostros ipse tulit & dolores nostros ipse portauit.*

*Apoc. 21. Abstergat Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neq<sup>ue</sup> clamor, neq<sup>ue</sup> dolor, erit ultra.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus. Quanto acerbitores iij dolores extiterint, quos Christus Saluator noster in passione sua pertulit: Nec non illi, quos damnati in inferno, sine spe liberationis patiuntur.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias, habebimus Domino, qui nobis occasionem aliquid pro amore ipsius sustinendi offert, ut hac ratione passioni suæ conformes fieri pœnitentiamq; pro criminibus perpetratis, agere valeamus.

*Confusio.*

**E**rubescemus: agnoscentes, nos commeritos esse ea perpeti ac fer-

re

re tormenta, quibus impij in inferno  
crucientur & excarnificantur, idq;  
ob sceleram nostra, quibus vnicam causam  
omnium suppliciorum quæ Christus  
Redeptor noster in sua passione per-  
pessus fuit, adscribenda est.

*Petitio.*

**P**Ostulabimus à Domino, crucis  
suæ amorem animis nostris instil-  
lari, qui nos spontè faciet complecti,  
quamuis acerbitatem & molestiam,  
præ desiderio ut Christo crucifixo cō-  
formes existamus.

*Oblatio.*

**O**FFeremus nos Domino, ad præ-  
sentis cruciatus & doloris, quan-  
diu voluerit per passionem vniendo  
eum doloribus illis vehementissimis  
quos Christus in crucis patibulo per-  
pessus est.

*Quando*

*Quando honor nobis defertur.*

Exercitium 12.

*Psalm. 113. Non nobis Domine, non nobis sed  
nominis tuo da gloriam.*

*1. Tim. 1. Soli Deo honor & gloria in secula  
seculorum.*

*Psalm. 138. Nimis honorificati sunt amici  
tui Deus.*

### *Consideratio.*

**C**onsiderabimus, Vanos & fugaces  
esse honores huius mundi, qui se-  
pè illis conseruntur, qui eos non me-  
rentur. Verum autem honorem esse  
illum, quo Dei amici decorantur.

### *Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Domino, pro pe-  
rennibus illis honoribus atque  
ornamentis, quæ nobis pollicetur,  
cum ait: *Si quis mihi ministraverit hono-  
rificabit eum pater meus.*

### *Confusio,*

**P**vdore afficiemur, cogitando pre-  
ter omnem æquitatem & rationem  
à creaturis honorem nobis deferri  
qui, quia Dominum, peccando, quan-  
tum in nobis fuit honore suo spolia-  
uimus,

uimus, omni potius contemplatione &  
despectu digni sumus.

*Petitio.*

**O** Btestabimur Dominum, vt non  
patiatur nos cor nostrum in hono-  
ribus huius mundi figere, ne posside-  
atur ab eis; sed faciat, vt spretis illis ac  
pro nihilo habitis, verum & solidum  
honorem, qui in hoc solo consistit,  
vt maiestati eius famulemūr ac place-  
amus, amplectamur.

*Oblatio.*

**O** fferemus Domino honorē, quo  
afficimur, agnoscentes illi soli, o-  
mnem deberi gloriam & honorem,  
qui est omne bonum.

*Quando ludibrio habemur.*

Exercitium 13.

Psalm. 68. *Quoniam propter te sustinui op-  
probrium, operuit confusio faciem mēam.*

Isai. 51. *Nolite timere opprobrium homi-  
num, & contumelias eorum ne metuatis.*

Psal. 118. *Aufer à me opprobrium & con-  
temptum, quia testimonia tua exquisiui.*

Psalm. 21. *Ego autem sum vermis & non  
homo, opprobrium hominum & abiectionis*

*bb s plebis,*

*plebis, omnes videntes me deriserunt me.  
Consideratio.*

**C**onsiderabimus Christum Domi-  
num nostrum, quamuis esset glo-  
ria Angelorum cui immensus honor  
debebatur, tempore passionis suæ lu-  
dibrio habitum & contumelijs affe-  
ctum fuisse.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus ei, pro occasio-  
ne quam nobis exhibet, ut aliquid  
illius gratia perpeti possimus : nec  
non quia placuit ei nos vestire suis  
insignibus, suumq; calicem potandum  
nobis præbere.

*Confusio.*

**V**erecundia replebimur, perpen-  
dentes, iustè nos commeritos es-  
se omnem hanc irrisiōnē, & quam-  
libet aliam quæ nobis ab hominibus  
irrogari possit: quandoquidem ante  
multis sçpe facinoribus Deum offen-  
dimus.

*Petitio.*

**O**rabitur Deum. ut nobis tribu-  
at gra-

at gratiam tranquillo & patienti animo hoc ludibriam tolerandi, simulque supplicabimus, pro eo qui nos eo ludibrio afficit, ut si hoc factio Dei indignationem incurrit, huius criminis agnitionem pariter & veniam ei clementer clargiatur.

*Oblatio.*

**O**FFeremus nos Domino, ad huic  
& cuiusuis alterius irrisio[n]is & contumelie, per quam gratum ei obsequium præstare possimus, hilarem perpe[cc]tionem, eamque innumeris illis ludibrijs & irrisio[n]ibus quæ ipse nostri caussa dum in hoc mundo versatur placide sustinuit coniungemus.

*Quando laudamur*

*Exercitium. 14.*

*Luc. 1. Magnificat anima mea Dominum & exultauit spiritus mens in Deo salvatori meo.*

*Psalm. 35. Benedicam Dominum in omni  
tempore.*

*tempore, semper laus eius in ore meo.*

Psalm. 116. *Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.*

Psalm. 117. *Fortitudo mea, & laus mea Dominus.*

### *Consideratio.*

**C**onsiderabimus. Quicquid innobis est, vnde merito laudibus ornari possemus, id Dei esse. cuius est esse quo utimur, & vita qua viuimus, spiritusque quem ducimus: sine quo ne minimam quidam probam & Deo placetem cogitationem mente complecti possumus.

### *Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus ei, qui suas creaturas donis & gratijs suis locupletat, ornat & honestat.

### *Confusio.*

**E**Rubescemus, constituendo nobis ob oculos nostræ conditionis miseriam, sceleraque quæ in Deum nequiter admisimus, pro quibus nullam non modò laudem & gloriam, verum vituperium & confusioneum summam promeremur.

Petri

*Petitio.*

**P**Recabimur Dominum, ut manu  
sua sic nos regat, moderetur, atq;  
sustentet ne ex laudibus hominum  
in superbiam erigamur, néue à vera  
nostræ vilitatis & paruitatis cognitio-  
ne, quacunque ratione separemur.

*Oblatio.*

**O**fferemus Domino laudes quas ei  
Angelici spiritus, in cœlesti illo  
beatorum omniūdomicilio decātant.

*Quando arguimus aut repre-  
hendimus.*

*Exercitium. 15.*

**B**ar. 1. *Domino Deo nostro iustitia nobis  
autem confusio facie nostræ.*

**P**salm. 118. *Bonū mibi, quia humiliasti me,  
ut discam iustificationes tuas.*

**P**salm. 140. *Corripiet me iustus in miseri-  
cordia, & in crepabit me, oleum autem pec-  
catoris non impinguet caput meum.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus Christum et si ne  
minem haberet integritate & in-  
nocentia ne parem quidem, nedum  
superiorem, nihilq; in eo inueniri pos-

fit, quod non esset dignum sempiter-  
nis præconijs, nihilominus repre-  
hensum & maledictis impeditum  
fuisse, insuper tanquam magnorum  
criminum reum in iudicium voca-  
tum, accusatorum audiuisse acerba  
conuitia, & demum ut malefacto-  
rem mortis sententiam accepisse.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemns Domino, pro  
singulari illo beneficio quo nos  
ornat, dum nos ab alijs exagitari, ma-  
ledictis vexari, salubriterque humili-  
liari sustinet, quandoquidem nosmet  
ipsoſ humiliare diffimulamus.

*Confusio.*

**P**Vdore suffundemur, agnoscen-  
tes nos nil nisi vituperium & infa-  
miam promeritos esse, & vt mul-  
tum iniuriosè nobiscum agant homi-  
nes, nos longè grauiora & deteriora  
meri.

*Petitio.*

**P**Ostulabimus à Domino, vt nos il-  
lustret agnitione nostrorum de-  
fectuum, qua illuminati omni post-  
posi-

posta excusatione placide hominum  
contumelias & probra sustineamus.  
Rogabimus etiam pro illis, qui no-  
bis contumeliam irrogare videntur.

*Oblatio.*

**O**fferemus nos Domino, ad om-  
nem ignominiam, atque contu-  
meliam, amore illius prompto & a-  
lacri animo perferendam ; nostras  
hasce ignominias, illis quas Christus  
Redemptor noster, nostri causâ in  
hoc mundo sustinuit, iungendo atque  
vniendo.

*Quando factum aliquod boni  
exempli videmus.*

Exercit. 16.

*Roma. 8. Honor & pax omni operanti bo-  
num.*

*Rom. 12. Odientes malum, adhaeretes bone.*

*Galat. 6. Bonum autem facientes, non des-  
ciamus, tempore enim suo metemus.*

*Psal. 118. Particeps ego sum omnium timen-  
tium te & custodientium mandata tua.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus Dominū operari  
in nobis velle bonum & idē posse  
ope-

opere perficere & nihilominus tantę  
est beneficentię, ac liberalitatis erga  
creaturas suas, ut munera sua, consti-  
tuat merita nostra.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias reddemus Domino ; pro  
gratia quam fratri concessit, bo-  
num illud exequendi: proque bono  
exemplo, quod in hoc opere nobis  
prætulit: ut his quasi stimulis ad ea-  
dem operanda excitemur.

*Confusio.*

**V**Erecundabimur, ob mala & per-  
uersa exempla quibus scandali  
causa proximi fuimus ; atque agno-  
scemus nos esse seruos inutiles, & nul-  
lius frugi in domo Domini.

*Petitio.*

**P**Etemus à Domino, vt conseruet  
& augeat gratiæ suæ dona in pro-  
ximo nostro; vt ei que largiatur inbo-  
nis operibus perseuerantiam, & quo-  
tidianum profectum: Et vt nobis eá-  
dem gratiam donet, qua roborati vir-  
tutum studijs insistere, & quotidie  
maio

EXERCIT. SPIRIT.

maiora meritorum augmenta capere  
valeamus. 41

*Oblatio.*

**O**fferamus Domino, vniuersa bona opera, quæ per iustos, & pios homines efficiuntur; laudando & glorificando cum in donis suis.

*Quando fractum aliquod mali  
exempli conspicimus,*

Exercitium. 17.

Psalm. 36. Declina à malo & fac bonum.

Psalm. 96. Qui diligitis Dominum, odite malum.

Ioan. 3. Noli imitari malum, sed quod bonum est.

Proverbi. 14. Errant, qui operantur malum.

*Consideratio.*

**D**abimus operam, ut quantum licet, proximum excusemus, vel intentionem saluando; si opus ipsum culpa liberari nequeat: vel cogitando ipsum ex infirmitate, graui aliquantatione superatum illud perpetras se; iamque ad delicti agnitionem peruenisse, & coram Deo magna animi sub-

*Gratiarum actio.*

**G**ratias habebimus Domino, qui nos præseruat ne eadem designemus; eiusque duntaxat misericordia assignabimus, vniuersa crimina & flagitia, quæ cum committere possemus, non admisimus.

*Confusio.*

**E**rubescemus noitram aspicientes certitudinem, atque agnoscentes nos, ongè grauiora atque peiora perpetrasse: & insuper facturos fuisse, si Deus iuxta desideria & appetitiones nostras, non viucre permisisset.

*Petitio.*

**P**etemus à Domino, ut proximo culpæ quam admisit, iam tribuat; illique gratiam crimen suum si nondum agnoscit, agnoscendi, seque corrigendi largiatur: nosque custodiat, ne in similia aut alia maiora scelera corrueamus.

*Obts-*

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo merita omnium sanctorum, & speciatim merita Christi Redemptoris nostri, ut propter ista omnia peccatorum nostrorum indulgentiam nobis concedat.

*Cum hominem aliquem opulentum aut potentem cernimus.*

## Exercit. 18.

Psalm. 61. Diuitiae si affluant, nolite cor ap-  
penere.

Psalm. 33. Diuites eguerunt, & esurierunt:  
inquirentes autem Dominum non ministrantur omni bono.

Psalm. 111. Gloria & diuitiae in domo eius.

Isai. 33. Diuitiae salutis, sapientia & scien-  
tia, timor Domini ipse thesaurus eius.

Proverbi. 11. Non proderunt diuitiae in die ru-  
tionis.

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus, quam parui-  
pendendae sint diuitiae honores

ac

ac dignitates præsentis vitæ, quantumvis sublimes: cum mors omnia hæc finiat, & unum hominem alteri coæquet.

Expendemus etiam, quod verè diuitiæ sint virtutes, & placere Deo; cui seruire regnare est.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo, pro sempiternis diuitijs, quas electis suis in cœlis præparauit: Et pro illis, quas creaturis suis in præsenti vita largitur; ut per illâ, si eadem in Dei obsequium impenderint, regnum cœlorum promercentur.

*Confusio.*

**E**Rubescemus, considerando paupertatem nostram; cum nudi prodreamus ex utero matris, & nudi ad terram matrem nostram reuersurisimus. Ea vero quibus egemus, à creaturis emendicare cogamur. Considerando deinde paupertatem nostram interiorem, quæ priori multo maior est; cum à nobis metipsis, ne veniam quidem Deo placitam cogitationem.

enem habere possimus.

*Petitio.*

**O**bsecrabimus Deum ut communi-  
cet proximo quem cernimus  
veras diuitias, quæ solius animæ sunt:  
& gratiam illi largiatur, sic utendi  
bonis hisce temporalibus ut nō amittat  
æterna. Idem pro nobis metipfis  
petemus.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo, omnes diuitias,  
gloriam, & potestatem præsentis  
vitæ; quia ipsius sunt omnia, & in ipso  
vniuersa hæc multò perfectius &  
excellentius sunt, quam in semetipfis.

*Quando videmus pauperem.*

Exercit. 19.

Matt. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam  
ipsorum est regnum cœlorum.

2. Cor. 8. Christus propter nos egenus fatus  
est: cum esset diues, ut illius inopia  
nos diuites essemus.

Psalm. 9. Factus est Dominus refugium  
pauperi.

Psalm. 39. Ego autem mendicus sum &  
pan-

*pauper: Dominus solitus est mei.*

*Prou. 14. Qui miseretur pauperis, beatus erit.*

*Proue. 17. Qui despicit pauperem exprobras factori.*

### *Consideratio.*

**C**onsiderabimus: Tenuis conditio-  
nis & fortunę homines, qui à  
mundo vilipenduntur & despiciuntur  
habentur, coram Deo sēpè magni  
ästimari, & ceteris præferri. Conside-  
rabimus præterea Christum Dei sapi-  
entiam, paupertatem in vita sua ma-  
ximè dilexisse, atque illam sibi metu-  
legisse,

### *Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo : quod in  
manibus & potestate nostra diui-  
tias spirituales cœlestesque thesauros  
collocauerit, eorumque nobis clauē,  
hoc est, gratiam suam tradiderit, ut  
indies atque omni momento, meri-  
ea nostra magis & magis augere atque  
amplificare possemus.

*Confu-*

*Confusio.*

Pvdo re suffundemur: considerando quanta tolerent, & agant homines, vt à se bonorum temporalium indigentiam siue paupertatem propulsent; nec interim solliciti sint, quod per suam negligentiam in bonis spiritualibus indies pauperiores efficiantur.

*Petitio.*

Rogabimus Deum, vt gratiā proximo quem cernimus, paupertatē suam & despectum patienti animo tolerandi largiatur: illumque & nos, donis suis locupletet.

*Oblatio.*

Offeremus nos Domino, ad sustinendā ipsius amore, omnem paupertatē & indigentiam bonorū temporalium, atque omnem nostri ipsorum contemptum: offeremus nos prēterea Domino ad succurrentum proximorū nostrorū indigentia, atque omnibus totius mundi necessitatibus, si non operc saltē voluntate, si nobis facultas esset id perficiendi.

*Quan-*

*Quando videmus aliquem infirmum.*

Exercit. 20.

*Psalm. 6. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum.*

*Eccles. 7. Non te pigeat visitare infirmum; ex ijs enim in dilectione firmaberis.*

*Isai. 53. Vidimus eum Virum dolorem, & scientem infirmitatem.*

### *Consideratio.*

**C**onsiderabimus: Infirmitates fructus esse peccati: quia si homo non peccasset, nullis ægritudinibus subiectus foret: Expendemus præterea: Tisdem infirmitatibus Dominum nos instruere: quantum horreat omne peccatum: & quantò seuerius post mortem in illud animaduersus sit, si in præsenti vita, quæ misericordiæ tempus est, tam seuerè illud punit.

### *Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo, pro sanitate quam nobis largitur: & pro clementia

EXERCIT. SPIRIT.

49

mentia qua in nos homines vtitui :  
quod in hac vita ægritudinibus varijs  
nos castiget, vt si eas patenter tolera-  
uerimus : per illas nos liberet, à sup-  
plicijs æternis, quæ peccata nostra pro-  
meruerant.

*Confusio.*

**E**Rubescemus, quod sanitatem, quam  
Deus nobis concedit, tam male v-  
tamur : ideoque illa prorsus indigni-  
simus.

*Petitio.*

**P**Recabimur Deum, pro infirmitate  
proximi : vt ei largiatur corpo-  
ris & animæ sanitatem : & quamdiu  
infirmitate hac detinetur, in dolori-  
bus donet ei veram patientiam.

*Oblatio.*

**O**FFerimus nos Deo, ad tolerandas  
quascunque per ipsum nobis im-  
missas ægritudines: tum illius amore,  
tum ad peccatorum nostrorum, qu-  
bus Deum offendimus, expiatio-  
nem.

cc

*Quando*

50

M A N V A L E  
*Quando superioribus nostris assi-  
stimus.*

Exercitium 21.

*Luc. 20. Qui vos audit me audit, qui vos se-  
rnit, me spernit.*

*Rom. 13. Non est potestas nisi à Deo. Qui re-  
sistit potestati, Dei ordinationi resi-  
stit.*

*Heb. 13 Obedite præpositis vestris, & subia-  
cete eis: ipsi enim per vigilant, quasi ratio-  
nem pro animabus vestris reddituri.*

Consideratio.

**C**ontemplabimur in superioribus nostris Deum, cuius vices agunt: ideoque coram eis stabimus non ali- ter ac si coram Christo consistere- mus: eorumque sermones non secus ac Christi sermones auscultabimus.

Gratiarum actio.

**G**ratias reddemus Deo: pro illo be- neficio, quod nobis superiores, qui locum ipius tenerent largitus sit, atque

**EXERCIT. SPIRIT.**

atque per illos nos regat, gubernet, de  
omnibus prouideat, ac denique vo-  
luntatem suam nobis manifestet.

*Confusio.*

**P**udore suffundemur, propter exi-  
guam obedientiam & reuerenti-  
am, quam Deo Regi & Domino no-  
stro, atque superioribus locum ipsius  
obtinentibus, detulimus: quorum  
præcepta sè penumero floccifecimus  
& transgressi sumus.

*Petitio.*

**R**ogabimus Deum, ut superiores  
adiuuet, gratiamque illis donec,  
subditos suos iuxta diuinam volun-  
tem regendi subditis vero gratiam  
largiatur, ut superioribus suis verè  
subiecti sint, eisdemque synceram  
in omnibus obedientiam prætent.

*Oblatio.*

**O**feremus nos Deo, ad exequen-  
da pro amore ipsius, omnia que à  
superioribus Vicarijs ipsius, nobis im-  
perata fuerint; offere nus Deo etiam

perfectam illam obedientiam quam Christus sa'uator noster. Patri suo præsttit obtemperando ei vsque ad mortem omnium contumeliosissimam mortem videlicet Crucis.

*Quando cum æqualibus sumus.*

Exercitium 22.

*Psal. 132. Quam bonum & quæ amicundum,  
habitare fratres in vnum.*

*Rom 12. Charitatem fraternalis inuicem  
diligentes, honore inuicem præuenientes.*

*2. Pet 2. Omnes honorate, fraternitatem  
diligite.*

*Rom. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo: singuli autem alter alterius membra.*

*Ioan 12. In hoc cognoscet omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.*

### Consideratio.

**C**onsiderabimus, nos omnes esse viuis corporis membra & perpetua mutuò nos diligere & adiuuare debere: quia maxima inter viuis corpus membra concordiam cernimus.

*Gratia-*

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo, quod gratias & dona sua diuersimode inter huius corporis mystici membra distribuit, ut mutuum nobis auxilium impenderemus. Unus docendo ignorantes: alius corr'gendo errantes: alius consolando afflitos, alius aliud misericordiae opus proximis imponendo.

*Confusio.*

**P**Udore suffundemur, considerantes nos esse inutilis & nullius frugis homines inter fratres nostros, & tanquam arida & putrida membra, cum a corpore separari ac diuidi prouerint.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deum, ut veram nobis charitatem largiatur, qua inter nos, & cum capite nostro Iesu Christo, semper coniuncti & per verum amorem semper vnit maneamus.

*Oblatio.*

**O**feremus nos ad facienda pro fratribus omnia quae possumus, suc-

currendo illis in necessitatibus tum animæ, tum corporis.

*Quando sumus cum subditis.*

Exercitium. 23.

*Luc. 22. Qui maior est in vobis fiat sicut minor & qui præcessor est sicut minister.*  
*Ibid. Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.*

*Ecles. 3. Quanto maior es, humiliare in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.*

*Sap. 6. Iudicium durissimum in his, qui presunt, fiet.*

*Consideratio.*

*C*onsiderabimus, nos etiam, quam quis alijs superiores simus, superiore tamen habere Deum, qui à nobis ab quanto seueram rationem repeturus est, quomodo subditos vexerimus, & qualem eis curam impenderimus: quicquid enim illis per nostram negligentiam defuerit, hoc à nobis exiget.

*Gratiarum actio.*

*Gra*

**G**ratias agemus Deo à quo est omnis potestas & iurisdictio iusta: & omnis paternitas & præminentia in cœlis & in terra.

*Confusio.*

**E**Rubescemus, considerando nos ad nostri ipsorum moderationem ne sufficientes quidem esse: ideoquene indignos esse qui alios regamus & imperemus: itaque in meritis & virtutibus nos subdits nostris inferiores esse censebimus.

*Petitio.*

**P**Recabimur Deum, ut nobis largiatur suam sapientiam, ut subditos nobis committos secundum ipsius voluntatem regere possimus: & humilitatem: ne propter authoritatem alijs imperandi qua pollemus, in superbiam erigamur.

*Oblatio.*

**O**fferemus nos metu possimul cum omnibus qui curæ nostræ cōmis-  
si sunt Deo, ut tam nos quam illos tanquam Rex, Dominus & Pater omnium regat & moderetur.

*Quando*

*Quando laſſi ſumus.*

Exeretum. 24.

*Ioan. 4. Fatigatus ex itinere Iesuſ, ſedebat  
ſic ſupra fontem.*

*Matt. 15. Venite ad me omnes, qui laboratis  
& onerati eſtis: & ego reficiam vos.*

*Eſai. 43. Seruare me feciſti in peccatis tuis:  
prabuſti mihi laborem in iniquitatibus  
tuis.*

*Consideratio.*

**C**onſiderabimur. Christum Redemptorem noſtrum ſapè noſtri cauſa, cum in terris viueret, fatigatum fuiffe: ſpeciatim in ſua paſſione, in qua propter laborem, & ingentem agoniam animæ ſuæ, ſanguinem ſudauit.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias reddemus ei, quod noſtri cauſa ſapè magnos labores & fatigatores tolerauerit: quodque ſe conſtituerit laboratum refrigerium: quod denique ſempiternam requiem nobis in cœlis præparauerit.

*Confusio.*

Pudo-

PVdore suffundemur, considerando, quantos s̄ep̄e labores & sudores exhauiamus in semita iniquitatis & perditionis perambulanda: imo tāquam insani & mentis inopes, laborem reputamus requiem: & lassitudinem voluptatem: contra vero etiam minimi labores, qui se nobis offerunt in diuino teruitio, videntur nobis intolerabiles.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deum, ut lassitudinem nostram suscipiat in peccatorum nostrorum expiationem: nob̄ s̄que vires præbeat in præsenti vita quoscunque labores & fatigations Maiestati suæ acceptas sufferendi: & tandem post hosce labores, ad æternam requiem, in diuinitatis suę habitaculum transferat.

*Oblatio.*

**O**feremus Deo, lassitudinem nostram simul cum laboribus & fatigationibus, quas Christus in terris degens sustinuit: & ad tolerandam amorem Dei, omnem laborem & fatiga-

cc s t.o

tionem in diuino seruitio se offerentem.

*Quando ambulamus vel iter facimus.*

Exercitium 25.

2. Cor. 5. Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino.

Psalm. 67 Prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.

Matt. 9. Circuibat Iesus omnes ciuitates & castella, docens in synagogis, & prædicans Euangelium regni: & curans omnes languores, & omnem infirmitatem.

3. Pet. 2 Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos: abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam.

Psalm. 118. Aduena ego sum in terra, non abscondas à me mandata tua.

### Consideratio.

Considerab. mus. it nera, quæ Christus, cum peregrinaretur in hoc mundo conficit: transeundo de ciuitate in ciuitatem, de loco in locum: aliquando per mare, aliquando per terram: ut ubique perditam ouem inqui-

EXERCIT. SPIRIT.

39

quireret, & omnibus in locis bonitatis suæ vestigia relinquere

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Domino, pro cunctis itineribus & peregrinationibus, quas nostri amore suscepit, & quia factus est dux noster, & via per quam proficiemur ad Patrem.

*Confusio.*

**P**udore suffundemur: reminiscendo temporis illius, quo perditionis semitam perambulauimus, cucurrimusque clausis oculis ad inferos, in quo iam constituti essemus, nisi diuina misericordia obstitisset.

*Petitio.*

**O**bstabimur Deum, ut sit nobis dux nvia quam ambulamus, nosque ab omnibus periculis corporis & animæ, quæ se nobis in huius vitæ peregrinatione offerunt, eripiat.

*Oblatio.*

**O**feremus Deo iter nostrum: & regemus illud ad supremū illius honorem & gloriam: offeremus ei et a voluntate

cc 6

lunta

luntatem nostram, ad sequendum illum in crucis baiulatione, quicquamadmodum ipse a nobis exigit.

*Quando domum reuertimur.*

Exercitium 26.

*Psalm. 121. Letatus sum in his quæ dicta sunt  
mibi, nō domum Domini ibimus.*

*Psalm. 30. Esto mihi in Deum protectorem,  
& in domum refugij, vt saluum me fa-  
cias.*

*Psalm. 76. Vnam petiū à Domino hanc requi-  
ram vt inhabitem in domo Domini omni-  
bus diebus vītæ meæ.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus. Christum poste-  
quam obedientiam à Patre sibi  
iniunctam perfecisset, ad ipsum cum  
magna præda reuersum & à Patre in-  
genti cum honore ac gloria suscepit,  
atque ad dexteram consedere iussum  
fuisse.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo, quod nos do-  
mum sanos & incolumes reuerti  
permiserit: quodque cum ipse veluti  
peregrin-

peregrinus nostri amore in terris vi-  
xerit, nec vbi caput suum reclinaret  
habuerit, nobis tamen domum ad ha-  
bitandum & quiescendum largitus  
sit.

*Confusio.*

**E**Rubesceamus, considerando, quod  
tam multis annis domum Patris  
nostris cœlestis, instar filij prodigi de-  
seruerimus: porcosque sensualium &  
irrationalium appetit onum paueri-  
mus: ac fame propemodum enecti fu-  
erimus: cum tamen domus Patris no-  
stri tam benè prouisa, & omnibus re-  
bus abundans sit.

*Petitio.*

**R**Ogabimur Deum, ut nos ad æter-  
nam illam habitationem, quam  
electis suis præparauit in cœlis, per-  
ducat: Et quamdiu in præsenti vita  
vivimus, in domo Ecclesia suæ con-  
seruet, gratiamque neb's largiatur, in  
ea tali cum vitæ integritate & saj. El-  
monia commorandi & confertand:  
qualcm, talis Domini domum deceat.

cc 7 olla-

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo, ad ipsius laudem & obsequium, omnia quæ intra domum facturi sumus, & veniam prece bimur ab eo, si forsitan eum extra domum constituti offendimus.

*Quando sedemus.*

Exercit. 27.

**C**ant. 2. Sub umbra illius, quem desiderauerā sedi, & si uictus eius dulcis gutturi meo.

**A**poc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo sicut & ego vici, & sedeo cum Patre meo in throno eius.

**E**sai. 32. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & tabernaculis fiduciae, & in requie opulentia.

*Consideratio.*

**C**ontemplabimur Christum Redemptorem nostrum sedentem ad dexteram Patris, constitutumque iudicē viuorum & mortuorum: Ad hæc considerabimus Christum, ut ad gloriam & requiem qua gaudet, perueniret, per multos labores & sudores prius transiisse.

Gra

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo, quod nobis donet locum & oportunitatem quiescendi, blandiaturque nobis tanquam bonus Pater. Gratias præterea reddemus ei, pro illis sedibus, quas fidibus seruis suis in cœlis constituit, & afferuat.

*Confusio.*

PVdore suffundemur: considerando tempus illud quo sedimus in cathedra pestilentiae, cum in peccatis nostris firmiter consisteremus, magna cum inimicitia Dei, quasi Deus non esset, aut nos ab oculis eius nos occultare possemus.

*Petitio.*

**P**Recabimur Deum, ut nobis largiatur firmitatem & perseverantiam, in diuino seruitio: efficiatque animam nostram, maiestatis suæ thronum, in quo requiesceret gnetur.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo cor nostrum, ut in eotamquam in sede residat: indeque omnibus animis nostris potentijs imparet, illasque sibi obtemperantes habeat.

*Quando stamus.*

Exercitium 28.

**I**erem. 2. Super custodiam meam stabo, & figam gradum meum super munitionem.

**S**ap 5. stabunt iusti in magna constantia, aduersus eos qui se angustiauerunt.

**E**pheſ. 6. State succincti lumbos vestros in veritate.

**I. Cor 16.** *Qui se existimat stare, videat ne cadat.*

### *Consideratio.*

**C**onsiderabimus, Christum stan-  
tem ad dexteram Patris, ut pro e-  
lectis suis decerteret: quemadmodum  
vidit eum à Iudæis lapidaretur, cuius  
etiam auxilio viriliter præliatus est,  
in certamine, pro Christo moriens,  
victor euasit.

### *Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo, quod nos hu-  
mi per peccatum, lapsos, releuaue-  
rit, certam nobis spem salutis contu-  
lerit: atque animum nostrum conci-  
dentem & desperantem exerit.

*Con.*

*Confusio.*

**E**Rubescemus: recordando tempore illius, qui erecti contra Deum stetimus, & aduersus eum præliati sumus resistendo illius voluntati: & è contrario ad hostium nostrorum pedes prouoluti iacerimus, implendo in omnibus ipsorum voluntatem.

*Petitio.*

**P**Etimus à Deo, fortitudinem in pedestibus consistendi, & viriliter contra inimicos nostros decertandi, ut illos profigere, atque pedibus nostris subternere possimus.

*Oblatio.*

**O**fferemus nos Deo, in seruos: paratiq[ue] stabimus ad omnia, si que illi nobis præcipere placuerit, perficienda, simul cum innumerabili illa multitudine cœlestium spirituum, coram ipso semper affidente & ad omnem ipsius beneplacitū prōptissima.

*Quando horologium sonat.*

Exercit. 29.

Psalm. 76. Et dixi, nunc cœpi.

*Roman.*

*Rom.13. Hora est iam nos de somno surgeri.*  
*Gal.6. Dū tempus habemus, operemur bonū.*  
*Matt. Vigilate, quia nescitis, qua hora Domini  
nus vester venturus sit.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus. Vitam nostram cursore velocius pertransire, nec vel uno temporis momento stare, cogitabimus etiam, nos iam unam horā minus habere de vita, & una hora morti propinquiores factos esse.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo, quod usq; ad hanc horam nos in vita conseruauerit, nosq; misericorditer ad pœnitentiam, conuersionē veramq; vitæ nostræ emendationem expectauerit,

*Confusio.*

**P**udore suffundemus: considerantes quam hac hora tepidi & negligentes fuerimus in diuino seruitio: & examinando breuiter defectus hac hora commissos, pro ijs dolebimus, nosq; coram Deo humiliabimus.

*Petitio.*

**P**etemus à Deo gratiam presentem horam

horā melius & seruentius in obsequijs  
sux̄ diuinę maiestatis transigendi quā  
præteritā: cumq; corā ipso numeratæ  
sint omnes horæ, & omnia minuta vi-  
tē nostræ, rogabimus eū, ne permittat  
quod hora mortis nos imparatos &  
salutis nostræ immemores inueniat.

*Oblatio.*

**O**fferemus nos Deo, ad seruīdum  
ei toto vitæ tempore quod nobis  
adhuc supereſt: incipiēmusq; hac ho-  
ra cum nouo ſpiritu & feruore.

*Quando esurimus.*

Exercit. 30.

*Ioan. 6. Qui venit ad me, non esuriet.*

*Matt. 5. Beati qui esuriunt, & fitiunt iuſti-  
tiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.*

*Luc. 1 Esurientes impleuit bonis.*

*Pſal. 144. Oculi omniū in te ſperant Domi-  
ne: & tu das illis eſcam in te pore oportuno.*

*Apoc. 7. Non esurient, neq; fitient amplius.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimur Christū Redem-  
ptorē nostrū pro nob̄ ſeſuriuſſe:  
cū tamen ille ſit, qui Angelos in cœlis  
ſat:at, & omnes creaturas in terra ſu-  
ſtentat.

*Gratia*

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo quod factus  
sit cibus noster, ut animarum no-  
strarum famem expleret : quodque  
fame, quam nostri amore tolleravit,  
æternā satietatē nobis promeruerit.

*Confusio.*

**E**Rubescemus: considerando quam  
sæpè animus nostras fame crucia-  
ri permiserimus: unde factum est ut  
cor nostrum, a refactum fuerit, quia  
spirituale suum nutrimentum ei pre-  
bere negleximus: cum è contrario  
ferre non possimus, ut corpus vel mo-  
dica fame prematur, sed statim omnē  
adhibemus industriam, ut ei cibum  
subministremus.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deum, ut nobis de spi-  
rituali nutrimento assiduè prouideat:  
largiatur etiam nobis famem &  
sicut iustitiae, ut desideremus ei quo-  
tidie feruentius inferuire.

*Obla.*

*Oblatio.*

**O**fferemus nos Deo, ad sustinendam amore ipsius omnem famē: & coniugendo nostram famem, cum ea quam Christus pro nobis paſſus est, offeremus Deo Patri eam in expiacionem nostræ intemperantiae & guolitatis.

*Quando fitimus.*

Eſai. 55. Omnes fitentes venite ad aquas.

Ioan. 7. Si quis fitit, veniat ad me & bibat.

Pſal. 45. Situit anima mea ad Deum fontem viuum.

Pſal. 36 Quoniam apud te eſt fons vite.

Pſal. 68. In siti mea, pot auerunt me aceto.

*Consideratio.*

**C**Onſiderabimus acceſbam illam ſitum, quam Christus in cruce paſſus eſt. Quia cum corpus ipsius ſanguine vacuum eſſet, ipſe que iam innumerata tormenta & ſupplicia & tormenta, tota præterita nocte ſuſtinuiffet; attamen neminem habuit, qui ei vel unicūm aquæ ſcyplum præberet.

*Gra-*

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo, quod constituerit se fontem aquæ viuæ, ut sitim nostrâ spiritualē sedaret: quodque ad hanc aquam omnes iuitet: nec quenquam, uti par est, illam querentem ab ea repellit.

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur: considerando crudelitatem & ingratitudiné nostram: quod cum Christus salutem nostram ardentissimè sitiat, nos illi contra fel amarissimum peccatorum nostrorum bibendum obtulerimus, perseverando in peccatis, & ad eadem iterum perpetrâda sæpius redeundo.

*Petitio.*

**P**Recabimur Dominum cum muliere Samaritana, ut nobis det semper aquâ illam, quam suis pollicetur, hoc est diuinam gratiam, de qua quiunque biberit, non sitiet in eternum.

*Oblatio.*

**O**fferemus nos Deo, ad sustinendam amore ipsius qualis cunq; sitim: nostramq; sitim ei quam Christus in cruce

**EXERCIT. SPIRIT.**

71

cruce passus est coniungendo, suppli-  
cabimus ei, vt eam in expiationem  
sellis & aceti, peccatorum nostrorum  
quo ipsum potauimus, suscipit.

*Quando laboramus.*

Exercitium. 32.

Sap 9. Da mihi Domine sedium tuarum abi-  
stricem sapientiam, & mitte illam de cœlis  
sanctis tuis, vt mecum sit & mecum labo-  
ret, vt sciam quid acceptum sit coram te  
cunctis tempore.

2. Tim. 2. Labora sicut bonus miles Christi  
Iesa.

Iob. 5 Homo nascitur ad laborem.

Sap. 3. Bonorum laborū gloriosus est fructus.

*Consideratio,*

**C**onsiderabimus, sententiā in pro-  
toparētes nostros à Deo, post man-  
dati sui transgressionē, latā : quod ni-  
mirum in sudore vultus sui vescituri  
essent pane suo. Adhæc cogitabimus  
Christum Redemptorem nostrorum  
vſq; ad sudorē sagittineum laborasse,  
vt nobis gratia sua panem lucrisa-  
ret.

*Gratia-*

**G**ratias agemus Deo, quod nobis largiatur sanitatem & vires ad laborandum: quodque seruis suis spiritualem fortitudinem conferat, ut laborando in vinea ipius, uberes meritorum fructus sibi accumulent.

*Confusio.*

**E**rubescemus, considerando quam fuerimus desides & vagi, stantes tota die otiosi atque immemores salutis nostrae: laborantes tota nocte in seruitio Dæmonis cæterorumque humani generis hostium: sine villa utilitate: imo cum salutis detrimento, certaque animarum nostrarum pernitie.

*Petitio.*

**O**restabimur Deum, ut faciat nos digneos operarios in vinea sua, ut in ea fideliter laborando, denarium diurnum sempiternæ felicitatis accipere mereamur.

*Oblatio.*

**O**fferemus nos Deo, ad laborandum in ipius seruitio, cunctis diebus vita nostra, instar seruorum empti-

emptitorum: eo quod ipse de nihilo nos condiderit, & pretioso sanguine suo nos redemerit. Dignum etenim & iustum est, quod creaturae creaturi, filius Patri: seruus Domino, mancipium emptori suo, famuletur.

*Quando cibum sumpturi sumus.*

**C**Vm omni tempore mēs in sanctis & pījs sanctis cōsiderationibus occupāda sit: id tamen tunc vel maximē faciendū est, quando corpori cibum subministraturi sumus, tum propter periculum, ne malignus spiritus aut propria sensualitas nos circumueniant, & ad necessitatis terminos in manducando transiliendos impellat, faciantque ut plus cibi quam necessitas corporis exigat sumamus: tum ne immoderatē in manducando de'ctemur, quod animam maximoperē hebetare atque obtundere, totamq; animalem efficere, neq; modō tūn, sed etiam multō post tempore ad pīritualia inhabilem & ineptam reddere solet. Atque hanc ob causam prīm

dd

Re

## MANVALE

74 Religionum sanctissimarum institutores, statuerunt, ut inter manducandum bona quedam prelegerentur, **ut animi** in his quæ audit occupata, à voluptate manducandi paululum absraheretur. Idem Sacra concilia, ab Episcopis alijsque Prælatis, qui præ ceteris magis ad virtutum studia, & deliciarum, carnisque voluptatum contemptum obligati sunt, fieri decreuerant. Quapropter, qui in spiritu proficere & interiorum animi evigorem conseruare cupiunt, cum teneantur ad sumendum corporis refæctionem, nec licite corpori, quæ ipsius sunt, subtrahere possint; præterquam quod diligentem curam habere debeant, ut hoc fiat debita cum temperantia tam in qualitate, quam in quantitate ciborum: debent refæctionis tempore considerationibus quibusdam se diligentissime munire, ne manducandi voluptas spiritum relaxet, & à suo seruore atque constantia deiciat. Cum igitur hoc ita necessarium sit, erimus in hac parte aliquan

aliquanto fusiores, & exercitia singulis vniuersitatisque hebdomadæ diebus inter refectionem exercenda sub ministrabimis.

## FERIA SECUNDA.

Exercit. 33.

Psalm. 144. Oculi omnium in te sperant  
Domine, & tu das escam illorum in  
tempore oportuno, Aperis tu manum  
tuam, & imples omne animal benedi-  
ctione.

Psalm. 146. Qui dat iumentis escam ipso-  
rum, & pullis coruorum inuocantibus  
eum.

Psalm. 103. Omnia à te expectant, ut des il-  
lis escam in tempore oportuno. Dantete,  
illis colligent, aperiente te manum tuam  
omnia amplebuntur bonitate.

Matth. 6. Respicite volatilia cœli, quæ non  
serunt, neque metunt neque congregant  
in horrea, & Pater vester cœlestis pascit  
illa.

Con II

M A N V A L E  
*Consideratio.*

**C**onderabimus. Quanta cum bo-  
nitate, ac liberalitate Deus omnes  
creaturas alat, ita ut ne formicæ qui-  
dem aut minimi vermiculi, nec deni-  
que inimicorum suorum, eorum vi-  
delicet qui in peccatis mortalibus vi-  
uunt, obliuiscatur: singulisque suam  
partem largiatur.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo, quod nos  
sustentet, quodque hactenus cum  
omnibus creaturis suis nos sustenta-  
uit.

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur: consideran-  
do nos indignos esse pane quo ve-  
scimur, & potu quem bibimus: cum  
serui inutiles & nullius frugis simus in  
domo Domini.

*Petitio.*

**R**ogabimus Deum, vt nobis donet  
veram in cibo & potu sobrietatem  
ac temperantiam, ne in manducando  
aut bibendo excedamus; & ita corpo-  
rale

rale alimentum sumamus, ut corpus tantummodo ad Dei seruitium sustetur, non autem ut vires capiat ad rebellandum spiritui.

### *Oblatio.*

**O**fferemus nos Deo ad priuationē, pro amore illius, quarumcunque deliciarum corporalium: solumque rerum necessiarum usum & etiam ad patienter tolerandam, horum necessariorum oblationem.

### FERIA TERTIA.

#### Exercitium. 34.

*Luc. 6. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini.*

*Psal. 131. Pauperes eius saturabo panum.*

*Psal. 21. Edent pauperes & saturabuntur: & laudabunt Dominum qui requirent eum.*

*Cant. 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.*

### *Consideratio.*

**C**onsiderabimus, Deum in presenti vita electos suos, gratia, & spiri-

dd 3 tua-

tualibus considerationibus sustentare: quibus illos ita reficit, & satiat, ut Regnum & Principum huius mundi, divitiae & voluptatis cum illorum opibus ac voluptatibus comparari non queant.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias reddemus Deo, quod credituris suis, setam liberaliter communicet, quas ad mensam suam insuitat, dicens: *Comedite & bibite amici, & inebriamini charissimi: imo de ostio ad ostium transit, vt vocet illas ad hoc coniugium, ac proinde alibi ait: Ego sto ad os tuum & pulso, si quis mihi aperuerit, cœnabo cum illo & ipse mecum.*

*Consideratio.*

**E**Rubescemus, quod cœlestè hoc marina, floccifecerimus ac spreue rimus, e' que altia & cœpas Aegypti, h' cest sensum voluptates prætulerimus.

Petri

*Petitio.*

**P**Recabimur Dominum, vt nobis  
cœlestem hunc panem communi-  
cet: faciatque vt nunquam animabus  
nostris desit.

*Oblatio.*

**O**FFeremus nos ad sustinendam  
quamcunque famem ciborum  
corporeorum, ne nobis vñquam de-  
sit cœlestis ille cibus, sine quo ani-  
nima nostra deficit & fame mori-  
tur.

## FERIA QUARTA.

## Exercit. 35.

*Psalm. 118. Quam dulcia faucibus natis elo-*  
*quia tua, super mel ori meo.*

*Psalm. 22. Parasti in conspectu meo mensam*  
*aduersus eos, qui tribulant me.*

*Prouer. 9. Sapientia edificauit sibi domum,*  
*miscuit vinum, & posuit mensam.*

*Ibid. Venite, comedite panem & bibite vinum.*  
*quod miscui vobis.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus quam opulenta  
& omnibus diebus abundans sit  
dd. 4 men-

mensa diuinarū literarū, quam Deus  
intra domum suam, hoc est Ecclesiā  
præparauit: in qua omnes inueniunt,  
cibum, non tantum magni sed etiam  
parui: ibi enim imbecilles teneris ci-  
barijs: adulti verò quibus maius inest  
animi robur, solidis cibis, hoc est do-  
ctrina perfectionis pascuntur.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo: pro ingenti  
beneficio, quo nos affecit, quod  
animas nostras hactenus pauerit &  
nunc etiam pascat cœlesti doctrina:  
non fundata in ratione naturali, quæ  
sempiternè fallitur, nec in philosophorum  
& mundi sapientum, qui in multis er-  
rant assertione: sed in summi Dei, qui  
errare aut falli nequit, qui que est pri-  
ma & summa veritas, auctoritate,  
quia is eam nobis reuelauit.

*Confusio.*

**P**Udore suffundemur, quod tam  
parui aestimauerimus beneficium  
hoc, quodque tam negligentes extite-  
rimus in fructu inde percipiendo. Si  
enim Ethnici maximi fecerūt & val-  
dè suspe-

dè suspexerunt oracula Apollinis: quanti te facere decet, oracula non Apollinis falsi & fraudulenti Dei, sed veri & æterni Dei, qui nec fallere, neque falli potest.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deum cum Propheta Dauide, ut reuelet oculos nostros, hoc est velum ignorantiæ ab oculis nostris remoueat, aspectumque nobis restituat, ut cōsiderare valeamus mirabilia legis eius, & de illo cœlesti pane manducare, qui in mensa diuinorum scripturarum nobis mandandus proponitur, ne sit nobis tanquam panis in penario reclusus...

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo, intellectum nostrum Maiestati suæ submissum ad credenda omnia, quæ in diuinis literis nobis reuelauit: & voluntatem nostram promptam ad obtemperandum omnibus, quæ in eisdem nobis præcipit & consulit.

## FERIA QVINTA.

Exercit. 36.

**P**alm. 77. Panem Angelorum manducauit homo.

**I**an. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

**I**b. d. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam eternam.

**A**b. d. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet & ego in illo.

**I**b. d. Hic est panis, qui de cœlo descendit: qui manducat hunc panem, vivet in eternum.

*Consideratio.*

**C**onsiderab: nus, quam mirabilis & diuina sit illa mensa: quam Deus in Ecclesia sua collocauit, videlicet. Sanctissimi Eucharistie sacramenti, in quo manducandum nobis datur corpus, & bibendum nobis offertur sanguis Christi.

Gra

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo, protam immenso beneficio, quod etiam Angelicos spiritus in admirationem & stuporem trahit.

*Confusio.*

Pudore suffundemur; quod oblitu fuerimus comedere panem humana corda hominum confirmantem: quodque sineulla preparatione atque deuotione ad coeleste hoc manna accesserimus.

*Petitio.*

**R**ogabimus Deum, ut nobis continuam coelestis huius panis famem largiatur: nobisque interiorem deuotionem conferat, quoties ad Dominicam hanc mensam accedimus.

*Oblatio.*

**O**fferemus Domino cor nostrum, ut illud per augustissimum hoc sacramentum in se transformet, ut mundo mortuum illi soli viuat.

FERIA

Exercit. 37.

*Psalm. 68. Dederunt in escam meam fel &  
in siti mea potauerunt me aceto.*

*Thren. 3. Repleuit me amaritudinibus, ine-  
briauit me absynthio.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus mensam, illam, doloribus, supplicijs, felle & aceto refertam, quam ingrata Iudæa, Christo Saluatori suo paravit: quamque Christus nostri amore, volens, libensque gustauit.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus ei, quod acer-  
bissimos cibos, nostri causa guila-  
re voluerit, ut nobis cœlestem dulce-  
dinem promereretur, nosque ab æter-  
na amaritudine, damnatis in inferno  
præparata liberauerit.

*Confusio.*

**E**rubescemus: quod posteaquam  
Christus semel pro nobis in cru-  
ce fel gustauit, nos ei toties fel pecca-  
torum

torum nostrorum gustandum obtulerimus.

*Petitio.*

Preceabimur Deū, vt nobis lachrymas compassionis largiatur, quibus ea quæ pro nostro redemptione passus est, deflere valeamus: vtque illæ sint nobis panes die ac nocte, quibus cibos nostros, ex recordatione suppliciorum eius, permisceamus.

*Oblatio.*

Oferemus nos Deo, ad tolcrandam omnem amaritudinem, omnesque dolores quantumuis acres, pro illo, qui nostri amore tanta perpessus est: & supplices eum rogabimus, vt nobis semper det calicem suum ad bibendum, quia non decet vt sub capite spinoso, membra delicata sint.

SABBATHO.

Exercit. 38.

Psalm. 10. Ignis, sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.

Apocal. 14. Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem d d 7 illius

illius in fronte sua, aut in manu sua: hic  
bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est me-  
ro in calice iræ ipsius, & cruciabitur, igne  
& sulphure in conspectu Angelorum san-  
ctorum.

*Marc. 9. Vermis eorum non moritur: & ig-  
nis non extinguitur.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus, quam terribilis  
& horrenda sit mensa illa, quam  
Deus peccatoribus in inferno instru-  
xit: ubi cibabuntur, omni, que co-  
gitari potest, amaritudine: ubi di-  
ues auarus, unam aquæ guttam, qua-  
linguæ ardorem refrigeret, postulat:  
& non ei datur.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo; quod nec-  
dum in inferno constituti simus,  
cum illud toties promeruerimus,  
quoties mortale aliquid peccatum  
admisimus.

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur: consideran-  
do, quam parum in nobis timor  
harum terribilium pœnarum fructus  
face-

faceret; eum, certissima fide credentes, Deum has peccatoribus, pœnas præparasse, ipsum tamen sceleribus nostris offendere audeamus.

*Petitio.*

**P**Recabimur Deum, ut configat timore harum pœnarum carnes nostras, eodemque nos pascat; ut si ad duritiam nostram expugnandam non sufficit consideratio bonitatis & beneficiorum quæ nobis præsttit, & quotidie præstet, saltem à peccatis harum pœnarum timor nos retrahat cohbeatque.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo Patri dolores & amaritudines, quas CHRISTVS in passione sua sustinuit: dolores etiam Beatiss. Virginis Mariæ, & omnium SS. martyrum: ut per illos à sempiternis tormentis, quæ damnati patiuntur in inferno, nos liberet.

DOMI-

M A N V A L E  
D O M I N I C A   D I E.

Exercitium 39.

*Ezai. 25. Et faciet Dominus Deus exercitum omnibus populis in monte hoc coniunctum pinguium coniunctionum vindemiarum, pinguium medullarum, vindemiarum defecatae.*

*Luc. 22. Ego dispeno vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis super mesam meam in regno meo.*

*Apoc. 19. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt.*

*Psalm. 36. Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, & torrente voluptatis tuae portabis eos.*

*Psalm. 16. Satias borum cum apparuerit gloria tua.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus, cœlestem illam mensam, quam Deus iustis præparauit in cœlis: ubi panis qui eis manducandus proponitur est ipse Deus, cuius visione beatificantur: Ex huius panis esu ita satiantur & quietantur, ut nihil amplius desiderare queant.

*Grat.*

*Gratiarum actio.*

**G**ratias reddemus Deo, quod tam  
ingentia bona in cœlis nobis præ-  
parauerit, eaque nobis promittat, &  
ad ea speranda & desideranda nos ex-  
citet, sufficiens etiam auxilium, pro-  
ijsdem bonis acquirendis suppedita-

*Confusio.*  
**P**Vdore suffundemur : quod cum  
Deus nos creauerit ad manducan-  
dum panem Angelorum, hoc est ad  
Deo perfruendum : nos potius dele-  
ctati fuerimus cibis irrationalium be-  
stiarum, illisque ita nos pauerimus, vt  
propter illos sæpè exposuerimus nos  
periculo amittendicibum aeternę be-  
atitudinis.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deum vt nulla ratione  
permittat, nos foras ejici è cœlesti  
conuiuio : sed illis nos annumeret,  
qui ad mensam ipsius accubituri sunt,  
etiam si nouissimi & minimi omnium  
futuri simus.

*Obla-*

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo Patri merita Iesu Christi Redemptoris nostri cum meritis omnium sanctorum: ut per illos interuenientibus, locum aliquem nobis præbeat in regno suo. Offeremus etiam nosmetipſos ad tolerandam omnem famem, cæterasque presentis vitæ molestias, ne æternam illam satietatem, & domus Dei requiem amittamus.

*Quando Ecclesiam transimus.*

Exercit. 40.

*Gen. 28. Verè Dominus est in loco isto: non est hic aliud, niſi domus Dei & porta cœli.  
3. Reg. 8. Ergóne putandum est, quod verè Deus habitet super terram.*

*Ibid. Si cœlum & cœli cœlorum, te capere non possunt, quanto magis domus hac?*

*Ibid. Domus mea, domus orationis vocabitur.*

**Q**uotiescumque Ecclesiam pertransimus, niſi festinatione opus fuerit, ingrediemur eam, Deumque

que in Sanctissimo Altaris Sacramen-  
to verè præsentem, venerabimur &  
adorabimus: Sanctoque illi in cuius  
honorem eadem dedicata est, nos  
humillimè condemnabimus. Siue  
autem ingrediamur eam, siue non,  
exercebimus nos in punctis sequen-  
tibus.

### *Consideratio.*

**C**onsiderabimus. Dei bonitatem,  
qui abscessurus à nobis, semetip-  
sum in sanctissimo Eucharistie Sacra-  
mento nobis præsentem relinquit.  
Templaque esse voluit in quibus i-  
dem Sacramentum afferuarctur:  
quæque nobis essent veluti loca refu-  
gij, ad quæ in omnibus necessitati-  
bus nostris perfugium haberemus,  
diuinamque opem imploraremus.  
Quibus etiam Sanctos suos honora-  
ret, quia nominibus illorum eas ap-  
pellari gratum habet: ibique per me-  
rita & intercessiones eorundem, mul-  
ta singularia dona & beneficia homi-  
nibus exhibet.

*Gra]*

**G**ratias agemus Deo, pro ingenti-  
bus illis beneficijs in proxima cō-  
sideratione contentis.

*Confusio.*

**E**Rubescemus: quod tam negligen-  
tes & pigri simus in visitandis tem-  
plis, quodque tam irreuerenter & in-  
deuote in ijsdem nos geramus.

*Petitio.*

**P**Etemus à Deo, specialem aliquam  
gratiam, qua tum maximè indigu-  
erimus, idque per intercessionem &  
merita eiusdem Sancti, cui Ecclesia  
dedicata est.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo, omnia illius san-  
cti merita de cuius nomine tem-  
plum appellatur: diuinamq; maiesta-  
tem pro donis atque gratijs eidem  
concessis laudabimus & glorificabi-  
mus.

*Quando Sanctissimo Eucharistiae  
Sacramento in plateis occurrimus.*

Exercitium 45.

Bar. 3. In terris visus est, & cum homini-  
bus

*bus conuersatus est.*

Ezech. 34. Ecce ego ipse requiram oves meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suam.

Ibid. Ego pascam oves meas, & ego accusa-  
refaciam dicit Dominus Deus: quod peri-  
erat requiram: & quod fractum faerit  
alligabo: & quod infirmum fuerit conso-  
lidabo: & quod pingue & forte custodiam:  
Marc. vlt. Ecce ego vobis sum, omnibus  
diebus usque ad consummationem saeculi.

### Consideratio.

Considerabimus Dei bonitatem,  
qui non contentus in mundum  
venisse, & inter homines vixisse: il-  
losque doctrina & exemplo suo in-  
struxisse: etiam gloriosus ad dexte-  
ram Patris in cœlis residens, inter ho-  
mines in Sanctissimo Eucharistia Sa-  
cramento, morari dignatur: atque il-  
los visitat, dedesque ipsorum ingre-  
ditur, ut eis dona sua impertiatur.

### Gratiarum actio.

Gratias referemus Deo, pro singu-  
lari beneficio, in præcedenti confi-  
deratione contento.

Confus-

*Confusio.*

**P**Vdore sſundemur; quod tam  
ingrati ſimus Deo pro tanto be-  
neſicio, nec illius vllam memoriam  
habeamus: quod etiam in amore at-  
que peruitio optimi & liberatiffimi  
huius Domini, tam imbecilles ac te-  
pidi ſimus.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deum, vt corda no-  
stra, visitet ſua gratia, & per il-  
lam ejiciat e cord bus nostris om-  
nem inordinatum affectum, cuncta-  
que oculis Diuinæ Maiestatis ſuæ di-  
ſplicentia. Precabimur etiam Deum,  
pro infirmo, ad quem Sanctissimum  
Eucharistiæ sacramentum defer-  
tar.

*Oblatio.*

**O**ffercimus Deo Patri, benignitatem, clementiam, & liberalitatem  
dilectissimi filij ſui, qua in homines  
vſus eſt: glorificabimusque pro illa  
Patrem, & Filium, & Spiritum fan-  
tum.

*Quand'*

*Quando imaginem aliquam piam  
transimus.*

Exercit. 42.

Gen. 11. Creauit Deus hominem ad imagi-  
nem & similitudinem suam.

gap. 8. Candor est lucis aeternae: & specu-  
lum sine miruba Dei maiestatis & imago  
bonitatis illius.

ech. 25. Duos quoque Cherubim aureos,  
& productis facies ex utraque parte or-  
aculi.

Num. 21. Fac serpente aeneum, & pone eum  
pro signo qui percussus aspergit eum, uiuet.  
3. Reg 6. Fecit Salomon in oraculo, duo Che-  
rubim de ligno olitarum, & posuit in me-  
dio templi interioris.

I. Cor. 15. Sicut portauimus imaginem terre-  
ni, portemus & imaginem cœlestis.

### Consideratio.

**I**magini debitam venerationem ex-  
hibebimus: adorabimusque in ea,  
illum quem repræsentat: siue SS. Tri-  
nitatem: siue Deum Patrem: siue Ie-  
sum Christū verū Deum & hominē:  
agnoscemusque illū esse Rēgē, Domi-  
nū & Creatore nostrū, qui nos sustentat  
& mo-

& moderatur. Si B. Virginis Mariæ imago fuerit, agnoscemus illam esse creaturis omnibus sanctiorem, Deoque acceptiorem. Si alterius sancti: agnoscemus illum esse Dei amicum & cœlestis patriæ ciuem: quem Deus ad magnos honores in cœlis exaltauerit atque in terris coli atque obseruari voluerit.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo, quod imagines in Ecclesia esse voluerit, partim ad nostræ obliuionis remedium: partim ad eruditionem atque solatium nostrum: partim ut essent veluti liber apertus, in quo illi etiam qui litteras ignorant, legere possint. Gratias præterea referemus ei quod in animabus nostris suæ maiestatis imaginem impresserit.

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur: considerantes, quod diuinam imaginem animabus nostris impressam, sceleribus & peccatis contaminauerimus.

*Petri.*

*Petitio.*

**P**Recabimur Deum, vt imaginem suam in nobis restauret & expoliat: vt imagine ipsius in nobis venusta & pura existente illi soli placeamus. Postulabimus etiam à Deo per merita & intercessionem illius Sancti, cuius est imago, aliquam specialem gratiam.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo, adorationem & reuarentiam, quam omnes Angeli & electi in cœlis Deo exhibent: Deumque simul cum illis laudabimus & glorificabimus.

*Quando nobis omnia contra voluntatem eueniunt.*

Exercit. 43.

*Luc. 22. Non mea voluntas, sed tua fiat.*

*Hesbh. 13. Domine Domine Rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit voluntati tue resistere.*

*Gen. 50. Num Dei possumus resistere voluntati?*

*Consideratio.*

cc

C n-

## M A N V A L E

**C**onsiderabimus: Deum ineffabilis prouidentia sua, omnia ordinare: illiusque vias & iudicia sanctissima esse, quamuis nos ferè lateant: ideoque diuinæ ordinationi in omni euentu nos confirmari studebimus.

### *Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo: pro his, quæ circa nos ordinat, illumque Patrem nostrum tenet: mè nos diligentem, atque in omnibus commoda nostra querentē, esse agnoscimus.

### *Confusio.*

**E**rubescemus: considerantes ignorantiam nostram, qua sàpè, illa quæ nobis officiūt, maximè utilia nobis esse iudicamus: cogitabimus etiā, nos propter scelera nostra, quibus Deum offendimus promeruisse, ut omnia nobis contraria sint, nec ullā in re prospero successu utamur.

### *Petitio.*

**R**ogabimus Deum, vt largiatur nobis veram cum sua voluntate conformitatem, concedat etiam, vt quam-

EXERCIT. SPIRIT.

69

quamuis in temporalibus omnia nobis contra voluntatem eueniant, in spiritualibus tamen indies proficiamus & maius augmentum capiamus.

*Oblatio.*

**O**fferemus nos totos diuinæ ordinationi: Deumq; obtestabimur, ut de nobis & rebus nostris ita disponat: quemadmodum ad gloriam honorem & obsequium suum magis cedere nouerit.

*Quando defunctum aliquem conspicimus.*

Exercit. 44.

Psalm.15. *Vos autem sicut homines morieretis.*

Hebr. 9. *Statutum est hominibus semel moriri: post hoc autem iudicium.*

Apoc.14. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.*

Ecccl. 42 *O mors quam amara est memor tua, homini pace habenti in substantiis suis.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus. Nos etiam aliquid morituros esse: neq; tamē diem horam mortis cognitā habere.

ee 2

Gra-

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo, quod vitam  
& tempus pœnitentie nobis pro-  
roget, nosque misericorditer ad cō-  
uerlionem expectet.

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur, consideran-  
do, quam negligētes & pigri simus  
in eo perficiendo, propter quod no-  
bis donata est vita: cum tamen illa  
breuissima & incertissima sit.

*Petitio.*

**P**Recabimur Deum, vt largiatur  
nobis continuam mortis memo-  
riam: & gratiam benē impendendi  
tempus vitæ nostra: orabimus etiam  
pro defuncto, vt Deus illum regni  
sui cœlestis consortem faciat.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo Patri, mortem v-  
nigeniti filij sui Redemptoris  
nostrī, vt per merita illius animæ de-  
functi huius misereatur: vitamque  
nostram reformet, nosq; ad bonam  
& fœlicem mortem disponat.

*Quatt*

*Quando pluit.*

Exercitium 45.

*Psalm. 146. Qui operit cælum nubibus,  
& parat terræ pluuiam.*

*Psalm. 103. Rigans montes de superioribus  
suis: de fructu operum suorum satiabitur  
terra.*

*Matth. 5. solem suam oriri facit super  
bonos, & malos: & pluit super iustos &  
injustos.*

*Psalm. 67. Pluuiam voluntariam segregab-  
is Deus hereditati tuæ.*

*Psalm. 71. Descendit sicut pluia in vellus  
& sicut stillicidia stillantia super ter-  
ram.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus. Quantum De-  
us sollicitudinem habeat, in ter-  
ra pluuijs visitanda & irriganda, vt  
suo tempore fructum, ad nostram  
sustentationem, proferat.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias reddemus Deo, pro hu-  
ius pluuiæ beneficio: & pro spi-  
rituali, gratiæ doctrinæ, atque inspi-  
ratio-

M A N V A L E

rationum sanctorum, pluia, qua animas nostras irrigans, virtutum & bonorum fructus eas progerminare facit.

*Confusio.*

**E**Rubescemus: considerantes siccitatem & sterilitatem nostram in bonis operibus; non quia Deus pluiam suam à nobis subtrahat: sed quia tanquam terra maledicta, carduos & spinas proferimus.

*Petitio.*

**P**Etemus à Deo cœlestem suam pluuiam, vtque tāquam bonus Agreco'l'a, terram animarum nostrarum, à spinis & carduis emundet, atque ab illis omnem malitiam desideriorum temporalium, & appetitionum sensualium auferat, easque in virtutum stirpibus proferēdis, fertiles reddat.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo animas nostras, quæ sunt coram illo, sicut terra sine aqua: agnoscemusque omne bonum illarum ab ipso profici sci debere: à quo veluti è spirituali cælo plu-

pluviæ descendunt, animabus fertilitatem conferentes.

Quando tempestas excitatur.

Exercit. 46.

*Psalm. 148. Spiritus procellarum faciunt verbum Domini.*

*Iere. 30. Ecce turbo, Domini furor egredies.*

*Psal. 68. Non me demergat tempestas aquæ.*

*Luc. 8. Increpauit Iesus ventum & tempestatem aquæ, & cessauit, & facta est tranquillitas magna.*

Consideratio.

**C**ONSIDERABIMUS, horrendum illam tempestatem, & omnium elementorum alterationem, quæ dicem iudicij antecessura est: per quam Deus, significabit: quam seuerum & terribile futurum sit iudicium, quod paulò post exerciturus erit.

Gratiarum actio.

**G**RATIAS agemus Deo, quod nos hanc tempestate tanto ante tempore præmoneat: nobisque memoriā tremendæ illius diei refricet: ne nos imparatos inueniat.

Gratias etiam referemus ei: pro illa

ee 4

cle-

clementia, quod à temptationum pro-  
cellis sæpenumero nos seruauerit,  
vel prohibendo ne venirent: aut si  
venirent, ita illas temperando ut  
eas sustinere possemus: vires etiam  
nobis largiendo ne illis succumbe-  
remus.

*Confusio.*

**E**Rubesceamus, considerando tem-  
pestates cordium nostrorum,  
quæ ab inordinatis passionibus no-  
stris similia redditæ sunt mari turba-  
tæ, quod sedari nequit.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deum, ut verbo, tem-  
pestates cordium nostrorum qui  
escere iubeat, optatamque nobis  
tranquillitatem restituat, cum ipsius  
diuina Maiestas non habitet nisi in  
corde quieto & pacifico. Precabi-  
mur etiam, ut nos de cætero à pro-  
cellis & tempestatibus præseruet,  
quo illi in bona pace & quiete serui-  
re, ac beneficijs ipsius vti valea-  
mus.

*Obla-*

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo; perfectam illam  
tranquillitatem & serenitatem,  
qua Beatorum animæ in cœlis quo  
nulla potest appropinquare tempe-  
stas: perfuruuntur: illumque pro ea  
laudabimus & glorificabimus.

*Quando Solem aspicimus.*

Exercit. 47.

**P**salm. 135. Dominus fecit solem in pote-  
statem diei, & Lunam in potestatem no-  
dis.

**M**al. 4. Orietur vobis timentibus nomen  
meum sol iustitiae.

**E**ccl. 23. Oculi Domini multò plus luci-  
diores super Solem sunt, circumspicientes  
omnes vias hominum, & profundum  
abyssi & hominum corda.

**S**ap. 3. Iusti fulgebunt sicut Sol.

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus, de quam insig-  
ni lampade nobis Deus prouide-  
rit, quæ mundum hunc illumina-  
ret. Considerabimus præterea De-  
um esse sole iustitiae & lucē inaccessi-

bilem, quæ à nulla creatura nisi diuinō lumine roboretur, conspici potest.

*Grattarum actio.*

**G**ratias agemus Deo, pro insigni illo beneficio quo nos ornat, largiendo nobis solem materialēm, quo nos illuminet: proq[ue] luce interiore tum fidei, qua nob̄ s[ic] veram cognitionem suę diuinæ maiestatis, mysteriorumque cœlestium præstat, & pellit ab animabus nostris errorum tenebras: tum gratiæ, qua fugat ab ijsdem tenebris peccatorum, illasq[ue] sole splendidiores reddit.

*Confusio.*

**E**Rubescemus: quod cum lux venisset in mundum, magis amauimus tenebras quam lucem, existentes de illorum numero, qui noluerunt intelligere ut bene agerent.

*Petitio.*

**P**Recabimur, Dcūm, vt lucem & veritatem suam nob̄ s. impertiantur: vt ab omni fictione ac deceptione li-

EXERCIT. SPIRIT.

107

ne liberi, præcedamus illum in veritate, & tanquam filij lucis.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo perpetuam illam lucem quæ beati in cœlesti Hierosolyma perfruuntur, vbi lucernâ ipsam illuminâ est Agnus Dei: quæ hoc sole, quo nos utimur longè lucidior atque splendidior est: pro quo ipsum laudabimus & glorificabimus.

*Quando cœlum intuemur.*

Exercitium. 48.

*Psalm. 102. Dominus in cœlo parauit sedem suam: & regnum ipsius omnibus dominabitur.*

*Psal. 112. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humiliat respicit in cœlo, & in terra.*

*Matt. 5. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.*

*Phil. 3. Nostra autem cōuersatio in cœlis est.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus cœlū esse scalam ad patrē & patriā nostrā, cuius causa cōditi sumus. considerabimus præterea, nos in hoc mūdo peregrinatos & exulī esse.

*Grat-*

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Dco , quod  
nobis preparauerit palatum tam  
magnificum & speciosum . Nam si  
illud à longinquo & exterius tātu-  
modo inspectum, stupendæ pulchri-  
tudinis est, quantæ quæso erit intrin-  
secus, quam pulchritudinem non ni-  
si oculi Beatorum intuebantur.

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur : confide-  
rando, quod cor nostrum terre-  
nis rebus immersum sit , quodque  
conuersatio , cogitationes & deside-  
ria nostra, non in cœlis, sed in terris  
versentur.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deum , vt nobis non  
largiatur hæreditatem terre-  
num inter filios huius sæculi, sed vt  
ita vitam nostram moderetur, vt bo-  
nis temporalibus recte ad ipsius glo-  
riam vtedo, æterna & cœlestia bo-  
na consequi mereamur.

*Obla-*

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo, animas nostras,  
ut de illis spirituale cœlum con-  
stituat, quod ipse continuo inhabi-  
tare dignetur.

*Quando ignem conspicimus.*

## Exercitium 49.

Hebr. 12. Deus noster ignis consumens est.

Psalm. 163. Qui facis Angeles tuos spir-  
itus, & ministris tuos ignem vrentem.

Luc. 12. Ignem veni mittere in terram, &  
quid volo nisi ut accendatur?

Isa. 33. Quis peterit habitare de vobis cum  
igne deuorante, aut quis habitabit ex vo-  
bis cum ardoribus sempiternis?

Ierem. 32. Nunquid non verba measunt  
quasi ignis dicit Dominus.

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus quanto terribi-  
lior sit ignis inferni; in cuius co-  
paratione, ignis hic est veluti ignis  
pictus: Considerabimus præterea  
Deum esse ignem consumentem: &  
Christum venisse ignem mittere in  
terram, & aliud non velle, quam ut

ee 7                  ille

ille in cordibus nostris, propulsata  
omni ab illis frigiditate ac tepiditate,  
succendatur.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias reddemus Deo: quod no-  
bis ignem contulerit, humanis  
vibus apprimè necessarium. Quod-  
que Spiritus sancti igne corda feruo-  
rum suorum, ad suæ maiestatis amo-  
rem inflammet atque succendat.

*Petitio.*

**P**ostulabimus à Deo, vt eundem i-  
gnem in cordibus nostris accen-  
dat & incessanter conseruet, ne vn-  
quam extinguitur, sed maius indies  
augmentum capiat.

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur: attendendo  
tepiditatem cordium nostrorum  
quæ in medio tanti ignis, quantus  
fuit ille, quem Christus misit in ter-  
ram, videlicet, quando adco-stupen-  
da mysteria in ea operatus est, omni  
glacie frigidiora, atque omnis calo-  
ris experientia sunt.

ob.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo ardētissimum Seraphinorum amorem, qui amore diuinę Majestatis ardēt: ut illorum ardor nostram suppleat frigiditatem

*Quando aquam cernimus.*

Exercitium. 50.

*Apoc. 21. Ego sicuti dabo fontem aquae ri-  
ua gratis.*

*Ierem. 2. Duo mala fecit populus meus: me  
dereliquerunt fontem aquae viuae. Et fo-  
derunt sibi cisternas dissipatas quae conti-  
nere non valent aquas.*

*Psalm. 22 Super aquam refectionis educa-  
vit me.*

*Psalm. 123. Nisi quia Dominus erat in nobis,  
forsitan aquae absorbuissent nos: Torrente  
pertransiuit anima nostra, forsitan per-  
irassisset anima nostra aqua intolerabile.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus Deum esse fontem aquę viuę, ex quo omnia, quę ex-  
istunt, aut vitavel perfectione aliquam habet, scaturiunt: & esse mare quoddam  
sive abyssum interminabilem omnisper-  
fectionis, sapientiae, misericordiae &  
bonitatis.

*Gra-*

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo, quod nobis largitus sit aquam ad quotidiana ministeria necessariam: quodque contactu sanctissimæ atque multidissimæ carnis suæ, quando in Iordanè à S. Ioanne Baptista baptizari voluit, omnes aquas sanctificauerit, illisque virtutem regenerandi atque animas nostras in S. Baptismo, ab omnibus peccatorum soldibus purificandi contulerit.

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur: considerando, quam breui tempore, puritas illa quæ per Sacri baptisma-  
tis lauacrum nobis collata fuerat,  
perdurauerit: cum statim redicri-  
mus ad animas nostras peccato-  
rum maculis contami-  
nandas.

*Peti-*

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deum , vt aqua gratiæ suæ nōs abluat & refrigeret: vtque nobis largiatur aquam lachrymarum , qua iordes quibus peccata animas nostras folidarunt, eluamus.

*Oblatio.*

**O**fferemus D e o aquam illam sanguine mixtam , quæ de late re Christi Redemptoris nostri, cum in cruce pro nobis mortuus , & lancea confossus fuisset , profluxit.

*Quando campos & agros  
intuemur.*

Exercit. si.

Psalm. 103. Ascendunt montes & descendunt campi in locum quem fundasti eis.

Psalm. 64. Campi tui replebuntur vbertate.

*Prouer.*

**PROM.** 24. Diligenter exerce agrum tuum.  
**Ibid.** Per agrum hominis pigri transiui, &  
 per vineam viri stulti, & ecce totum re-  
 pleuerant vrtice, & operuerant superfi-  
 ciem eius spinae, & maceria lapidum de-  
 structa erant.

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus Ecclesiam esse a-  
 grum Dei, in quo verbum suum  
 seminavit: quemque magna cum so-  
 licitudine ac diligentia, per mini-  
 stros suos, quos incessanter ad huius  
 agri culturam mittit, excolit: è quo  
 etiam uberrimos fructus in sinum  
 regni cœlestis colligit.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo, quod a-  
 gros nobis donauerit, è quibus  
 triticum cæteraque frumenti gene-  
 ra ad humanæ vitæ sustentationem  
 necessaria, colligeremus: quodque  
 sollicitissimus sit, in seminando, bo-  
 no san-

no sanc*t*arum operationum, recto-  
rumque desideriorum semine in-  
animas nostras.

*Confusio.*

P*V*dore sustundemur: conside-  
rando quoties Dominicum semē  
in agro, animæ nostræ perierit, nec  
ullum fructum attulerit, vel quod  
Dæmonum temptationibus pateret:  
vel quod nimis lapidosus esset, pro-  
pter duritiem suam: vel quod deuo-  
tionis humore careret: vel quod spi-  
nis, hoc est immodica rerum terre-  
narum solitudine atque affectione,  
plenus esset.

*Petitio.*

R*O*gabimus Deum, ut agrum hūc  
remundet, illumque custodia sua  
sepiat, lapidum duritiem indetollat:  
& quis deuotionis cum irriget, vt  
fructum non modò trigesimum, sed  
& sexagesimum & centesimum face-  
re possit.

*Obla-*

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo labores quos  
CHRISTVS in excolendo  
hoc agro sustinuit, irrigans eum san-  
guine suo. Labores etiam quos Apo-  
stoli, Prædicatores Euangelij & San-  
cti Ecclesiæ Doctores atque concio-  
natores sustinuerunt, eumque ro-  
gabimus ut non permittat tantos la-  
bores nobis esse inutiles.

*Quando montes aspici-  
mus.*

## Exercitium 52.

Psalm. 120. Leuaui oculos meos in montes  
vnde veniet auxilium mihi.

Psalm. 23. Quis ascendet in montem Domi-  
ni, aut quis stabit in loco sancto eius.

Psalm. 124. Qui confidunt in Domino sicut  
mons Sion, non commouebitur in æternū  
qui habitat in Ierusalem.

Psalm. 67. Mons Dei mons pinguis, mons  
coagulatus: Mons in quo bene placitum est

Deo

Deo habitare in eo, etenim Dominus ha-  
bitabit in finem.

*Consideratio.*

**O**Culos intellectus nostri ad mon-  
tem ilium altissimum, videlicet  
Deum, à quo nobis auxilium & om-  
ne bonum venit, erigemus. Et ad a-  
lios montes minores, videlicet san-  
ctos, à quibus aqua misericordiæ di-  
uinæ super nos, qui in hac lachryma-  
rum valle viuimus, stillat: Quia De-  
us per illorum merita & intercessio-  
nem multa nobis dona concedit.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo, quod mō-  
tes ad nostram vtilitatem nobis  
largitus sit: vnde aquæ nobis pro-  
ueniant, & in quibus pecora paſcan-  
tur; lignorumque & aliarum rerum  
advsum nostrum necessariarum, co-  
pia præbeat. Gratias præterea a-  
gemus, quod tantam montis Eccle-  
siæ suæ curam habeat, in quo oues  
ipſius

ipsius mirabili, & diuino cibo pascū-  
tur. *Confusio.*

**P**Vdore suffundemur, quod videa-  
mus nos esse oves adeò dcbiles &  
infirmas: quāuis in hoc monte vber-  
rīmo, & pascuarum saluberrimarum  
abundantissimo, pascamur.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Dominum, vt nos ad  
montē illum, quem cum Sanctis  
suis inhabitat, perducat: claraque sui  
visione satiet, & dilecta sibi oves pas-  
cu s̄ eternis & suauissimis reficiat.

*Oblatio.*

**O**ffferemus Deo labores & tormē-  
ta, quæ Christus nostri causa tam  
in monte Oliueti, vbi prēnīmia mē-  
tis angustia & agonia sanguinē sudauit,  
quam in monte Caluariæ vbi cruci  
fixus fuit, passus est: vt propter illorū  
merita nos ad montē glorię perducat.

*Quando arbores cernimus.*

Exercitium. §3.

*Psal. 148. Laudate Dominū ligna fructifera  
& omnes Codri.*

*Ps. 1. Et erit tanquā lignū quod plantatū est  
secus decurus aquarū, quod fructum suū  
habit*

dabit in tempore suo: Et foliū eius nō defluet,  
 & omnia quacūque faciet prosperabūtur.

Sap. 14. Benedictū lignū per quod fit iustitia

*Consideratio.*

Considerabimus arborē illā vitæ,  
 de quā sancti in cœlis māducant,  
 Christū videlicet Crucifixum, cuius  
 fructus ab æterna morte nos liberat,  
 & æternam vitam nobis conferunt.

*Gratiarum actio.*

Gratias agemus Deo, quod arbo-  
 res nobis dederit. quarū fructib.  
 sustentaremus: quodq; nos tanquā ar-  
 bores in Ecclesia suæ horto planta-  
 uerit, in qua nulla est arbor arida, ni-  
 si ex suomet vicio.

*Confusio.*

E Rubescemus, cōsiderādo nos esse  
 arbores infructuosas, locū tātum-  
 modo occupātes, ideoq; iā dudū me-  
 ruisses, vt succidamur & in ignē infer-  
 ni projiciamur, nisi misericordia Dei,  
 patiēter ad pœnitētiā nos expectaret

*Petitio.*

Precabimur Deū, vt nos patiēter to-  
 leret, nosq; beneficijs suis excolat, vt  
 fructū maiestati sue acceptū proferre  
 possimus.

*Obla-*

**O**fferemus Deo fructus meritorum, qui ex arbore illa in monte Caluariæ plantata, Christo videlicet Crucifixo, progerminârunt, ut illa sterilitatem nostram suppleant, nosque fœcundos reddant.

*Quando flores conspicimus.*

Exercit. 54.

Cant. 6. *Ego flos campi & lily conualium.*

Isai. 11. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.*

Matth. 6. *Considerate lilia agri quomodo crescent, non labrant, neque nent, dico autem vobis quod nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut unum existis.*

Psalm. 102. *Homo sicut fœnum dies eius tanquam flos agro sic efflorebit.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus Deum suavitatem & pulchritudinem floribus conferre, atque ei omnem pulchritudinem perfectius, quam ipsis creatu-

**EXERCIT. SPIRIT.**

121

ris insit, inesse. Expendemus ad hæc Christum redemptorem nostrum sc repellere florem campi, quia pulchritudo ipsius & suauissimus odor cœlum & terram lætificat: & in ipsis odorem currunt animæ sanctæ.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias reddemus Deo, quod florū pulchritudine & suavi odo re nos recreet & reficiat, eorumque virtute infirmitates nostras per varia medicamenta quæ ex ipsis fiunt, euret: maximè verò quod nobis Christum verum campi florem omnibus paratum, nec ulli se negantem, donauerit.

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur, considerando immunditiam & fœtorem, cuius vitia in animabus nostris causa extiterunt, quæ nos ibi spontanea voluntate, eradicavit virtutum floribus, quæ Christus in S. Bartholomæi lauacro in eis plantauerat, plantauimus.

*ff*

*Peti-*

## MAN VALE

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deum, vt virtutum  
flores quos extirpaueramus in a-  
nimabus nostris reparet, & gratiam  
nobis conferat, vt simus bonus odor  
Christi in omni loco: tale de nobis  
exemplū præbendo, quale ad verum  
Christi discipulum spectat.

*Oblatio.*

**O**FFeremus Deo, flores perfectis  
simarum virtutum quos in ani-  
ma Christi sanctissima, a primo in-  
stanti conceptionis eius platauit: pul-  
chritudinem etiam & suauissimum  
odorem vernantissimæ illius rosæ,  
altissimi manibus consitæ, hoc est B.  
Mariæ Virginis: ac denique flores  
virtutum omnium sanctorum: glo-  
rificabi musque Deum pro illis.

*Quando aues aspicimus**Exercit. ss.*

Dan. 2. *Benedicite omnes volucres ce-  
li Domino.*

Thren. 3. *Tenatione cœperunt me qua-  
dum, iunici mei.*

*Dens.*

Deut. 32. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans: expandit alas suas & assumpfit eum, atque portauit in humeris suis.

Matt. 23. Hierusalem, Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas & noluisti.

### Consideratio.

**C**onsiderabimus Christum Redemptorem nostrum, de cœlis in terram, & à terra in cœlos volasse, atq; secum duxisse filios suos, hoc est iustos, ad id usque tempus in Lymbo retentos: Et velut aquilam prouocasse suos ad volandum per contemplationem: & veluti pellicanum pectus suum rescrasse, ut pullos suos proprio sanguine viuiscare: ac denique veluti gallinam eosdem sub alas suas congregasse, atque ab infernali miluo defendisse.

*Gratia-*

M A N V A L E  
*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo; quod nobis aues ad ministerium & sustentationem nostram contulerit; quodque per illos nos doceat, fiduciam totam in Deo collocare, immodi-  
 cam rerum temporalium curam ab-  
 ijcere: atque alis desideriorum, ab  
 hisce terrenis ad amorem atque cu-  
 piditatem cœlestium nos erigere.

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur: consideran-  
 do, quam terrenum sit cor no-  
 strum, quod inferioribus hisce re-  
 bus adeo immersum est, ut vix vn-  
 quam se ad cœlestia consideranda at-  
 tollat; quod et si aliquando faciat,  
 statim ad eadem terrena relabitur.

*Petitio.*

**P**recabimus Deum, cum Prophe-  
 ta Davide, ut det nobis alas sicut  
 columbae, ut reliqua terra, insimil-  
 que & abiectis hisce rebus ad ipsum  
 volare, atque in illo requiescere pol-  
 simus, constituendo nobis nidum in  
 foraminibus petrarum.

*Oblea.*

*Oblatio.*

**O**fferemus nos Deo, ut extollat nos & secum ducat, atque in aliis suis ferat, agnoscendo nos debiles, & implumes, nec à nobis meti ipsi volare valentes.

*Quando alia animantia conspicimus.*

Exercit. 56.

Psalm. 148. Bestia, & vniuersa pecora, laudent nomen Domini.

Psalm. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis.

Psalm. 31. Nolite fieri sicut equus & mulius quibus non est intellectus.

Ezai. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus mens non intellexit.

*Consideratio.*

Præter considerationes, quæ deveni quoque animali specialiter formari possunt iuxta ipsius naturam & proprietates: generaliter consideramus,

bimus etiam post peccatum, nobis  
omnia quodammodo seruire, ne il-  
lis quidem quæ inutilia & venenosæ  
esse videntur, exceptis. Considera-  
bimus etiam spiritum sanctum nos  
mittere ad formicam; ut ab ea instru-  
amur otium ac desidiam vitare. Et  
Christum nos monere ut à serpentibus  
prudentiam discamus.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo: quod no-  
bis animalia ad usum & alimen-  
tum concesserit, quodque nos illi  
excellentes creauerit rationem &  
intelligentiam nobis conferendo,  
nosq; quoad animam immortales &  
æternæ beatitudinis capaces creando.

*Confusio.*

**P**udore suffundemur: Quod intâ-  
to honore à Deo collocati, illum  
non agnouerimus, sed irrationabi-  
bus animantibus viliores nos redi-  
derimus per peccatum: Deo non  
obtemperando, atq; contra eum, qui  
nos sustentat & pascit, insurgendo.

*Petitione.*

Rog-

**R**ogabimus Deum, ut nobis det gratiam agnoscendi dignitatem nostram, & iuxta illam vivendi.

*Oblatio.*

**O**fferemus nos tanquam iumenta diuinâ maiestati ut nos ducat quocunque ipsi collibitam fuerit, si ne villa ex parte nostra resistentia.

*Quando auium cantum aut  
aliam musicam audimus.*

*Exercit. 57.*

**P**salms. 67. *Iubilate Deo omni terra can-*  
*tate & exultate & psallite.*

**I**bide. Psallite Domino in cythara & voce psalmi, in tubis ductilib. & voce tubecorniae.

**A**poc. 14. Audiri vocem de cœlo sicut cytha-  
redorum cytharizantium in cytharis suis,  
& cantabant quasi canticum nouum.

**P**salms. 136. *Quomodo cantabimus canticum*  
*Domini in terra aliena.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus cantum illum  
& musicam suauissimam An-  
gelorum in cœlis, qui cœlestem  
Hierosolymam implet lætitia.

*Gratiarum actio.*

ff 4

Gra

Gratias agemus Deo quod nos recreet, atque lætificet exteriori hac musica, & quod eadem ad cœlestem musicam desiderandam nos excitet.

*Confusio.*

Prodore suffundemur: considerando cantica nostra in hac lachrymarum valle debere esse planctus & gemitus pro peccatis: propter quæ perpetuis inferni lamentis addici meremur.

*Petitio.*

Precabimur Deum ut gratiam suam nobis largiatur, virtutemque quo ei gratiam musicam in anima nostra concinamus, atque ab illa omnes strepitus & rumores, quæ inordinati appetitus & passiones effrænatæ in ea efficiunt, exterminemus.

*Oblatio.*

Oferemus Deo, musicam quam ei Angeli concinunt in cœlis, laudantes ipsum continuè & dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum.

*Quan-*

*Quando sonitum campanarum  
& tubarum audimus.*

Exercitium. §3.

*Psalm. 150. Laudate Dominum in cymbalis  
bene sonantibus, laudate eum in cymbalis  
iubilationis.*

*1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar &  
Angelorum: charitatem autem non ha-  
buero, factus sum velut a sonans aus  
cymbalum tinniens.*

*Matth. 24. Mittet Angelos suos cum tuba  
& voce magna, & congregabunt electos  
eius à quatuor ventis.*

*Sophon. 1. Dies iræ dies illa, dies tribulati-  
onis & angustia: dies calamitatis & mi-  
seriae dies tenebrarum & caliginis, dies  
nebulæ & turbinis, dies tuba & clango-  
ris.*

*Consideratio.*

*R*ecordabimur terribilis clango-  
ris tubæ illius, quæ omnes homi-  
nes excitabit, & ad iudicium voca-  
bit, dicitque: Surgite mortui venite  
ad iudicium.

*ff s*

*Gra-*

MANVALE

*Gratiarum actio.*

**G**ratias reddemus Deo, quod ante extremitati huius iudicij aduentum nos excitet moneatque ut preparemus nos ad rationem illam strictissimam, quam tunc coram universo mundo redditurissimus.

*Confusio.*

**P**udore suffundamur; considerando spiritualem nostram cæcitatem, quia nec Dei vocibus externis, quibus per creaturas suas nos alloquitur: nec internis, à dormantia nostra excitamur.

*Petitio.*

**P**Recabimur Deum: ut faciat semper tubâ illam terribilē quæ mortuos excitatura & ad iudicium vocatura est, in auribus nostris resonare, ut vita nostra sit continua quædam addic̄m illum preparatio.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo Patri contumeliam, quæ facta est vngentofilio p̄fius, quando cum tubæ sonitu, per plateas urbis Hierosolymitanæ ductus

EXERCIT. SPIRIT.

131

ductus, Cruce grauissima oneratus,  
malefactos & mortis reus esse procla-  
matus est. Et supplicabimus ei ut per  
illā confusionem liberet nos ab illo  
pudore, quo peccatores in extremo  
Iudicij die perfundentur, quando  
multo māiori, cum sonitu, quam il-  
lius tubæ fuit, in æterna tormenta  
precipitabuntur.

*Vesperi, antequam dormitum  
eamus.*

Exercitium 59.

Psā. 76. Meditatus sum nocte cū corde meo,  
& exercitabar, & scopebam spiritū meū.

Psalm. 133. In noctibus extollite manus ve-  
stras in sancta & benedicite Dominum.

Psal. 45. In die mandauit Deus misericor-  
diam suam: & nocte canticum eius.

*Consideratio.*

**E**xaminabimus primo cōscientiam  
discurrēdo per oēs horas diei, &  
attēte cōsiderando num aliqua in re  
Deum cogitatione, verbo vel opere  
offenderimus; & de offensis dolen-  
do, veniam eorum à Deo nobis  
tribui postulabimus, idq; cum firmo  
proposito vitā corrigendi, & admissa

peccata suo tempore oportuno con-  
fiteendi: assumemus denique pro illis  
aliquam pœnitentiam..

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo , quod hac  
die vitam nobis conseruauerit,  
corpori nostro alimenta submini-  
strauerit, nosque à multis corporis &  
animæ periculis liberauerit: quod et-  
iam alijs quamplurimis beneficijs,  
quaæ illo die potissimum nos à munifi-  
centissima ipsius manu nos accepisse  
animaduerterimus, nos affecerit.

*Confusio.*

**E**Rubesceamus coram D<sup>o</sup>, ex con-  
sideratione negligentiae nostræ:  
quodque tam exiguo cum fructu di-  
es nostros, transigamus: non modò  
nullum in virtutibus & bonis operi-  
bus augmentum capiendo , sed eti-  
am deficiendo, & cum proficere de-  
beremus retrorsum redeundo : cum  
indies proponemus, & eadem bona  
proposita quot die volemus.

*Petitio.*

**R**ogabimus Deum, ut nos ea nocte  
ab

ab omni periculo, & ab omni illusione Diabolica custodiat: largiaturque nobis somnum quietum ad virium corpus nostri reparationem, ut ei tanto melius ac feruentius inservire valeamus: Commendabimus etiam nos Angelo custodi.

*Oblatio.*

**O**fferemus nos Deo, ad seruandum ei in posterum maiori eum cura & diligentia: vitam gratia ipsius adiuvante, vitam in melius commutando.

**Quando nos exuimus ad somnum capiendum.**

*Exercitium 60.*

**Iob 1. Nudus egressus sum de utero matris meae, & nudus reuertar illuc.**

**Apos. 16. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.**

**Coloss. Expoliare vos veterem hominem, cum actibus suis.**

**Cant. Expolavi me tunica mea, quomodo induar illa.**

*ff 7*

*Matt.*

*Matt. 27. Milites praesidis exuentes Iesum  
ciblamydem coccineam circundederunt ei.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus. Quomodo milites Christum denudauerint, ut illum flagellarent, & poslea in monte Caluariae, in conspectu atque presentia totius populi crucifigerent. Et quomodo vestimenta illius inter se diuiserint, super tunica vero inconsutili cui cedoret, fortè micerint.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referimus Deo, quod nos tri causa vestibus spoliari voluerit, ut nos immortalitatis indumento vestiret, & duplice gloriæ ueste, animæ videlicet & corporis circumdaret.

*Confusio.*

**P**Udore suffundemur, attentes spiritualem animæ nostræ nuditatem, quæ à se ipsa nulla indumenta habet, præterquam laceros & veteres peccatorum pahnos, quibus nemo ad nuptias cœlestis sponsi suscipitur.

*Petitio*

*Petitio.*

PRecabimur Deum, vt veteri Adam ac moribus eius non spoliet,  
& nouo ac virtutibus eius non vestiat: vt vestiti vestibus vnigeniti filij eius nos in gregum suorum numero agnoscat.

*Oblatio.*

Offeremus Deo Patri, vnigenitum nūsum, nudatum & cruci pro nobis affixum, vt per nuditatē ipius vestiat nos indumento gratiæ suæ. Offeremus etiam ei nosmetipſos paratos non tantum nudari sed etiam crucifigi & mori pro honore & gloria ipius, ad imitationem vnigeniti Filii eius.

*Quando lectum somni c-  
piendi cauſa ingre-  
dimur*

Exercit. 61.

Psalm. 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrimis meis stratum meum rigo.

108

*Iob 17. In tenebris stravi lectulum meum.  
Isai. 28. Coangustatum est stratum, ita ut  
alter decidat.*

*Psalm. 131. Si ascendero in lectum strati  
mei: Si dedero somnum oculis meis, &  
palpebris meis dormitionem, & requie-  
em temporibus meis donec inueniam lo-  
cum Domino, tabernaculum Deo Iacob.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus; quam tristis &  
durus lectus fuerit Crux, in qua  
extenderunt & conclauarunt Chri-  
stum, cum corpus eius doloribus &  
vulneribus plenum esset. Conside-  
rabimus præterea, nos aliquando col-  
locandos esse in sepulchrum, in quo  
dormiemus somnum mortis, usque  
ad diem generalis resurrectionis: i-  
deoque eum lectum ad somnum ca-  
piendum discooperimus expende-  
mus, quomodo sepulchrum nobis a-  
perturi: quando eundem ingredi-  
mur, quomodo in eo nos collocatu-  
ri: quādo denique lecti stragulis nos  
tegimus, quomodo terra nos obruti-  
xi sint.

*Gr.*

*Gratiarum actio.*

**G**ratias reddemus Deo: quod nobis lectum in quo dormiremus,  
& requiesceremus donauerit, cum ipse in hac vita, non habuerit, ubi caput suum reclinaret.

*Confusio.*

**E**rubescemus, considerando nos indignos esse omnibus hisce commodis, cum proter scelera nostra lectum illum igneum, peccatoribus in Inferno præparatum, commeruerimus.

*Petitio.*

**R**ogabimus Deum, ut ex anima nostra lectum mollissimum constituat, in quo ipse cubet: concedat etiam ut anima nostra in sinu ipsius requiescat: bonam denique mortem nobis largiatur, ut ex illis simus qui moriuntur in Domino.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo Patri, Christum in durissimo crucis ligno distentum, in quo mortis somnum cœpit,  
ut nos

ut nos à peccatorum somno excita-  
ret, vitamque immortalem nobis  
largiretur.

*Interea dum obdormimus.*

*Exereit. 62. ad Corin.*

**L**euit. 26. Si in præceptis meis ambulqui-  
ritis, & mandata mea custodieritis, &  
feceritis ea dormietis, & non erit qui ex-  
terreat.

**Cantic. 5.** Ego dormio & cor meum vigi-  
lat.

**I. Thess. 5.** Non sumus noctis, neque tene-  
brarum filii; igitur non dormiamus, sicut  
& ceteri: sed vigilemus & sobri simus.

**Job 7.** Si dormiero, dico. Quando conser-  
gam?

**Psal. 4.** In pace in idipsum, dormiam & re-  
quiescam.

### *Consideratio.*

**C**onsiderabimus. terribilem illam  
horam quando mortem, cereum  
manu tenentes lectoque decumben-  
tes expectabimus. Considerabimus  
præterea: quam dura fuerit Christo  
illa nox quando in passione, milites  
nullum ei tota nocte requiem con-  
cesser

cesserunt, nec vñquam ab inferen-  
dis ei mille contumeliarum generi-  
bus quieuerunt.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo quod nobis  
hoc tempus ad requiem capien-  
dam concedat: quodque dum in ter-  
ris viueret sçpè pro nobis in oratione  
integris noctibus excubauerit, & vi-  
gilias egerit.

*Confusio.*

**E**Rubesceamus, considerando quā  
sçpè somno indulserimus, exi-  
stentes in statu peccati mortalis, nec  
tantum periculum exhorruerimus,  
quia si Deus tunc Diabolo potesta-  
tem nos vti merebamur suffocandi  
fecisset, excitati, in inferno consti-  
tuti fuisiemus.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deum, vt non per-  
mittat, animam nostram sōm-  
no peccati obdormire: sed faci-  
at, vt incessanter contra fraudes  
ini m

inimicorum suorum vigilet : ne vnu-  
quam glorientur quod præualuerint  
aduersus eam.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo Patri , somnum  
illum quem pro nobis C H R I-  
S T V S in cruce moriens quemque  
in sepulchro mortuus , ad tertium  
vsque dient cœpit , vt per illum so-  
mnum nostrum ad honorem suæ di-  
uinæ maiestatis suscipiat.

*Quando noctu excitamur.*

Exercit. 63.

**Q**Vi Deum super omnia ex ani-  
mo diligunt, molestè ferunt, se-  
diu diuinæ maiestatis memoria pri-  
uari : & quia dum homo somnum  
capit, hac memoria caret, solent hi,  
vt huic miseriæ medeantur, vel so-  
mnum paucissimum capere, vel som-  
no ita indulgere, vt sæpe excitentur,  
atque Angelo custodi se commenda-  
re, vt solitus sit ipsos monere, quo  
patris

patris sui optimi, qui non dormit, neque dormitat, sed sua paterna prouidentia super illorum custodia semper vigilat: frequenter recordentur; quod omnes qui Deo ex toto corde seruire cupiunt facere deberent: ut igitur habeant, in quibus hoc interuallo se exerceant particulare ipsis exercitum suppeditabimus.

Cantic. 3. In lectulo meo per noctem quæsumi, quem diligit anima mea.

Psalm. 118. Memor fui nocte nominis tui Domine.

Math. 25. Media nocte clamor factus est ecce sponsus venit, exite obuiam ei.

Psalm. 16. Probasti cor meum & visitasti nocte.

Psalm. 138. Nox illuminatio mea in de-  
litijs meis.

Consi-

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus: quoties Christi somnus interruptus fuerit, propter nimiam illam anxietatem & continuas cogitationes, quibus nostra salute solicitus erat: Si enim desiderium & solicitudines rerum temporalium, magnarum, in hominum curarum & cogitationum, cause sunt: quanto magis in Christo earundem cogitationum causa erat, ardens desiderium salutis nostræ, quam, multo feruentius desiderabat quam ullus auarus diuitias.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo, quod nos dormientes custodiebat.

*Confusio.*

**P**ro dore suffundemur, considerando quam

do quam profundus fuerit somnus  
cordis nostri : cum plurimum tem-  
poris sine Dei memoria transegeri-  
mus: multis etiam annis è somno pec-  
cati quo sepulti eramus non euigila-  
uerimus.

*Petitio.*

POSTULABIMUS à Deo profundum  
in ipso somnium ; vt in ipsum  
translati , omnium rerum terrena-  
rum & nostri ipsorum obliuiscam-  
mur , & mortui mundo atque a-  
mori proprio , ipsi soli viua-  
mus.

*Oblatio.*

OFFEREMUS Deo cor nostrum, vt  
in eore quiescat, & caput suum re-  
clinet, sine metu coronæ spineæ, que  
caput ipsius coronatū est: imò deside-  
rande

rando ut ipsa cor nostrum compa-  
sionis & amoris vulneribus fau-  
ciet.

*Exercitia quadam, quacunque  
diei vel noctis hora usurpan-  
de.*

Exercit. 64.

*Acto. 17. Non longè est Deus noster ab u.  
nequoque nostrum: in ipso enim viuimus,  
mouemur & sumus.*

*Sap. 11 Quomodo posset aliquid permane-  
re, nisi tu voluisses? aut quod a te voca-  
tum non esset, conseruaretur.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus: Deum nobis largiri esse & vitā, nosque ab illo dependere, multò plus, quam radios solis à sole: nam ita ab illo pendemus, ut si nos relinqueret, rediremus in nihilum, de quo creati fuimus.

Gra-

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo pro hoc beneficio, quo continuè nos afficit.

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur coram diuina maiestate, considerando ingratitudinem & negligentiam nostram qua seruimus Deo, incessanter nobis benefacienti.

*Petitio.*

**P**ostulabimur à Deo, vt nos semper oculis misericordie respiciat, vt quemadmodum per illius misericordiam esse & vitam obtainemus, ita per eandem maiestati suæ grati & accepti reddamus.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo esse, vitam, & omnia quæ sumus & habemus; ad omnia hæc in seruitio ipsius impendenda: quia cuncta ipsius sunt.

*Aliud Exercitium 65.*

**P**sal. 29. Domine eduxisti ab inferno animā meā, saluasti me à descendētibus in limbum.

Q

Psal

M A N V A L E

346

Psalm. 85. Confitebor tibi Domine in toto  
corde meo, & glorificabo nomen tuum  
in eternum. Quia misericordia tua ma-  
gna est super me, & eruisti animam me-  
am ex inferno inferiori.

Psalm. 93. Nisi quia Dominus adiuuit mi-  
paulominus habitasset in inferno anima  
mea.

*Consideratio.*

Considerabimus omnib. ferè mo-  
mentis Deum ab inferno nos li-  
berare, quia si voluntati inimico-  
nostre rum nos permitteret, singul-  
momentis peccare possemus, & pro-  
pter peccata iustè ad inferni pœna  
condemnari.

*Gratiarum actio.*

Gratias agemus Deo ex toto co-  
de pro hoc tam insigni beneficio.

*Confusio..*

Vdore suffundemur, considera-  
do naturæ nostræ vitiæ prope-  
sionem ad malum, quæ nos semper  
bonis abstrahit, & ad mala incitat.

*Petitio.*

**EXERCIT. SPIRIT.**

147

trauit derelinquit, quandoquidem  
v det magnā estē nostrā necessitatē,  
qua animā nostrā ipsius egēt prote-  
ctione atq; auxilio: dicemusque cum  
Propheta Dauid. Dilatauerunt super  
me os suū, dixerunt euge euge vide-  
rūt oculi nostri; vidisti Domine ne  
sileas Domine ne discedas à me.

**oblatio.**

**O**feremus Domino omnia bona  
desideria, sanctas cogitationes  
iustorum in terra existentiū, & om-  
nia bona quæ ad honorē diuinæ ma-  
iestatis per totum terrarum orbem  
fiunt: laudes etiā quibus beatorū ani-  
mæ in cœlis ipsum concelebrant.

**ALIVD.**

**Exercititum 66.**

*Iob 13. Obseruasti semitas meas, & vesti-  
gia pedum meorum considerasti.*

*Psalm 118. Omnes viæ meæ in conspectu tuo  
Domine.*

*Psal. 43 Ipse enim nouit absconditæ cordis.*

**Consideratio.**

**C**onsiderabimus: oculos Domi-  
cōtin; è n̄ nos int̄ eos esse;

tantum omnia quæ agimus & loquimur, sed etiam quæ cogitamus, cor suum templari.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo, quod tam patienter & longanimititer hactenus nos sustinuerit; toleraueritque quod tam multa scelera in oculis diuinæ maiestatis admiserimus.

*Confusio.*

**E**rubescemus, considerando pudentiam & audaciam nostram quod coram oculis Dei, qui tenui respiciens facit eam tremere, peccare ausi fuerimus.

*Petitio.*

**R**ogabimus Deum: ut puritate interiorem & exteriorem nolatur, ut digne possimus cor oculis suæ diuinæ maiestatis, quæ ritatem & sanctitatem diligunt, non alii vero malitiam auersantur, conuersari.

*Oblatio.*

**O**feremus Domino cor nostrum.

ut illud purificet & sanctificet, facioque nos homines secundum cor consum.

## DE VIRTUTE FIDEL.

Exercitium. 67.

Rom. 1. *Iustus ex fide viuit.*

Ephes. 6. *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.*

1. Ioan. 5. *Hæc est victoria qua vincit mundum, fides nostra.*

Hebr. 11. *Sine fide impossibile est placere Deo.*

Luc. 17. *Domine adauge nobis fidem.*

## Consideratio.

Considerabimus, quam sint certa quæ per fidem credimus, quandoquidem reuelationi diuinæ innuntur. Deus autem est prima & æterna veritas, quæ neque falli, neque fallere potest. Prius cœlum, terra, & totus mundus transibunt, quam iota vnum aut unus apex ex his quæ Deus reuelauit, non impleatur.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Domino : quod  
reuelauerit nobis sublimia fidei  
mysteria, nobisque partem secreto-  
rum suorum communicauerit, &  
non ut seruos, sed tanquam amicos  
intimos tractaverit.

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur, consideran-  
do quam otiosam haec tenus fidem  
in anima habuerimus; viuendo qua-  
si Deus non esset, atque operibus  
mandatis illius planè contrariis, ip-  
sum negando.

*Petitio.*

**R**egimur Deo, ut nos confir-  
met in fide, et in nobis con-  
tinuè adaugeat; & faciat ne in nobis  
fides sit otiosa.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo intellectum no-  
strum, maiestati ipsius subiectum,  
ad credendum omnia, que fides docet,  
sine alterius rationis requisitione.

DE

## DE VIRTUTE SPEI.

## Exercit. 68.

Rom. 5. Spes autem non confundit.

Rom. 8. Spe salui facti sumus.

Psal. 70. Domine spes mea, à iuventute mea.

Psalm. 30. In te Domine speravi, non confundar in eternum.

## Consideratio.

Considerabimus, quam secura sit spes Christianorum, cum Dei qui fidelissimus est, & non potest negare seipsum, promissionibus infinitatur: ac proinde quemadmodum fieri non potest, ut Deus deficiat: ita fieri non potest ut verba ipsius re ipsa non perficiantur.

## Gratiarum actio.

Gratias referemus Deo, quod promiserit nobis bona in effablia æternæ beatitudinis: atque ut illa speremus iubeat: Gratias etiam agemus ei, pro admirabili auxilio, quod nobis, ut ad bona hæc pertingere possemus,  
g + sup-

suppeditauit, quando vnigenitum filium suum, humana carne vestitum, & pro nostra salute mortuum, cum omnibus meritis ipsius nobis donauit.

*Confusio.*

PUdore suffundemur: quod cor nostrum caducis & fallacibus præsentis vitæ bonis, immode dic affixum esse videamus; cum tamen vera & æterna bona, quæ in altera vita nobis conferenda sint, speremus.

*Petitio.*

ROGABIMUS Deum, ut in animabus nostris spem excitet, quo cuncta quæ mundi sunt immunda esse iudicemus, & contemnamus, atque omnibus laboribus & aduersitatibus in hac vita occurrentibus, sponte nos offeremus.

*Oblatio.*

OFFEREMUS voluntatem nostram Deo, promptam ad omnia quæ imperauerit & quomodo imperauerit: fiduciam duntaxat habendo in verbis ipsius, sine ullius alterius pigno

pignoris optione.

## DE CHARITATE DEI.

### Exercit. 69.

**Psalm. 17.** Diligam te Domine fortitudo  
mea, Dominus firmamentum meum, &  
refugium meum, & liberator meus.

**Psalm.** Quid mihi est in cœlo, & à te quid  
volui super terram: defecit caro mea &  
cor meum: Deus cordis mei, & pars mea  
Deus in aeternum.

**1. Cor. 13.** Si charitatem non habuero: ni-  
hil sum, nihil mihi prodest.

**1. Ioan. 3.** Deus charitas est, & qui manet  
in charitate in Deo manet, & Deus in eo.

### Consideratio.

**C**onsiderabimus quam infinitum  
bonum sit Deus, & quam dignus  
qui ab omnibus diligatur: quem  
quantumlibet dilexerimus: maiore  
tamen amorem meretur.

### Gratiarum actio.

**G**ratias reddemus Deo, quod nō  
tantum facultatem nobis tribu-  
at, sed etiam iubeat, ut ipsum diligam-  
us: cum tamen amor noster nullius  
momenti sit: gratias etiam age-  
mus

**M**is ei quod factus sit thesaurus, beatitudo & omne bonum nostrum, ne in alio quam in ipso, cor & amorem nostrum collocaremus.

*Confusio.*

**E**Rubescemus, quod tam tepidi simus in amore infiniti huius boni: quod etiam ita mentis inopes simus, ut cor & manus ad eum offendendum conferamus.

*Petitio.*

**P**Recabimur Deum, ut nos diuinō amore ita succendat, ut in nulla re præterquam in ipso quiescamus: nec vñquam ab amore & laudibus ipsius cessemus: desideremusque, ut ab omnibūs laudetur, ametur, & voluntas ipsius perficiatur: doleamus etiam ex intimo cordis, quod ab aliis quibus offendatur.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo voluntatem & totum cor nostrum, vt illud ita transformet in se per amorem, vt omnium rerum mundanarum obli-

oblitum, in illo submergatur . Of-  
feremus ei etiam ardentissimum a-  
morem , quo Seraphim eum dili-  
gunt: desiderando eodem feroce  
quo ipsi , imo si fieri posset multo  
maiori, Deum amare.

## DE CHARITATE

proximi.

Exercit. 70.

*Ioann. 11. Hoc est præceptum meum, ut di-  
ligatis inuicem, sicut dilexi vos.*

*1. Ioann. 4. Si quis dixerit, quoniam di-  
ligo Deum, & fratrem suum oderit men-  
dax est.*

*1. Ioann. 3. Nos scimus quoniam translati  
sumus de morte ad vitam: quia diligi-  
mus fratres: qui non diligit manet in  
morte.*

## Consideratio.

**C**onsiderabimus , quam seuere  
præcipiat nobis Deus amorem  
proximi , atque inde conij-  
ciemus quantum placeat , ei  
idem

idem amor: quantumque displiceat ei odium & inimicitiae; quandoquidem vetat ne ad altare accedamus, nisi prius fratribus reconciliati fuerimus.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo, pro omnibus beneficiis quæ proximis nostris exhibet: proque omnibus donis, quæ illis communicat: & gaudebimus de illis non aliter ac de nostris: desiderabimus denique, ut Deus ea in ipsis conferuet & augeat.

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur, coram Domino: considerando quam sæpe ab hac charitate proximi quam nobis præceperat, discernerimus: cum tamen seuerissimo mandato amorem proximi violari vetuerit.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deum, vt nobis largiatur perfectam dilectionem proximi: vt eandem charitatem in proximos exerceamus: precabimur Deum vt omnibus necessitatibus, tum

tum corporalibustum spiritualibus,  
singulorum medeatur : desideran-  
do salutem & bonum omnium ; ne  
abiectissimo quidem & miserrimo  
qui in mundo sit, excepto : condonā-  
do etiam illis omnem offenditam sit  
quapiam in re nos offenderunt ; Ve-  
niam denique postulabimus à Deo,  
si nos illum aliqua in re offendimus  
aut scandalizauimus , cum firmo  
proposito, ei , quomodo necessari-  
um fuerit satisfaciendi.

*Oblatio.*

OFFEREMUS NOS DEO , ad agenda  
quęcunque possumus in proxи-  
morum necessitatibus subleuandis:  
desiderando cunctis subuenire: at-  
que etiam si necessarium foret, vi-  
tam pro eorum salute profundere,  
quemadmodum Christus pro no-  
bis eam expendit.

DE HUMILITATE.

Exercit. 71.

1. Petr. 2. Humiliamini sub potenti ma-  
nu Dei.

87

Matt.

- Matt. 11. Discite à me quia mitis sum & humilis corde.*
- Matt. 13. Qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur.*

### Consideratio.

**C**onsiderabimus quantum placeat Deo hæc virtus, cum specialius huius virtutis magister & verbo & exemplo esse voluerit. Præterea quam benè conueniat homini hæc virtus, cum nihil sit nisi puluis & cinis, & si penitus inspicere voluerimus nihil, præterquam nihilum & abyssus quædam imperfectionum & peccatorum.

### Gratiarum actio.

**G**ratias agemus Domino pro admirabili exemplo humilitatis, quod in passione sua nobis prætulit, quando ipse qui erat ipsa innocentia veluti reus ad mortem condemnatus: & qui erat gloria sanctorum Barrabæ latroni postpositus; & qui omni honore dignus erat, ignominiosissima morte sublatus fuit.

*Con-*

*Confusio.*

PVdore suffundemur, considerando stultam superbiam nostram, quod, cum vndique circundati sumus multis caussis quæ nos ad profundissimam nostri humiliationem & usque ad abyssum depressionem promouere dcherent, nihilominus superbiamus, adeoque Deo & hominibus abominabiles simus. Quia ut sapiens ait. Odibilis Deo & hominibus superbia.

*Petitio.*

Rogabimus Eum, ut veram nobis charitatem largiatur, ut nos metipos, qui simus, agnoscentes, coram ipius maiestate demisso animo incedamus.

*Oblatio.*

Offeremus nos ad omnem mundi contéptum & abiectionē, atque agnoscemus eā nobis iusto iurę deberi, nec ullum esse locum, in illū quidem, quem Lucifer in inferno habet qui nostræ humiliati, non sit minus altus.

DE

DE PAUPERTATE  
Spiritus.

Exercit. 71.

*Matth. 5. Beat i pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cœlorum.*

*Psal. 9. Non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem.*

*Psalm. 10. Desiderium pauperum exaudiuit Dominus.*

*Psalm. 23. Edent pauperes & saturabuntur.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus quantum placeat Deo hęc virtus, quandoquidem primum ei locum assignauit inter beatitudines, & ipse præcæteris cum in vita maxime dilexit, & ita amplexatus est, vt inter amplexus illius natus, educatus & mortuus fuerit.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo, quod cum ex se ditissimus esset, pro nobis pauper fieri voluerit: tum ut inopiam nostram ditaret, cum ut nos

EXERCIT. SPIRIT.

IC

nos instrueret , quam magnum sit  
virtutis huius precium, quæ cor ho-  
minis à rebus creatis abstrahens, & o-  
mnibus diuitijs corruptibilibus re-  
nuncians, ipsius Dei hæres efficitur,  
qui se constituit hæreditatem & pre-  
mium pauperum spiritu.

*Confusio.*

PVdore suffundemur , consid-  
rando quam sit cor nostrum at-  
fixum immundiciei bonorum cor-  
ruptibilem miseræ huius vite, ita ut  
etiam propter illa, ipsius Dei, qui est  
immensa diuitiæ , iacturam facere  
non vereamur.

*Petitio.*

Rogabimus Dominum, ut ditissi-  
mam hanc paupertatis spiritus  
virtutem, quæ nobilitat possessores  
suos , qui thesaurum suum in solo  
Deo collocant illumque solum exti-  
mant & magni faciunt , impertia-  
tur.

*Oblatio.*

Oferemus nos Deo , pro amore  
ipsius, & huius virtutis ipsi acce-  
ptissi-

ptissime, ad omnium rerum præsen-  
tis vitæ, & omnis consolationis à cre-  
atura proficiscentis, & omnium om-  
nino voluptatum priuationem: di-  
cendo cum sponsa. Dilectus meus  
mihi, & ego illi.

## DE OBEDIENTIA.

Exercit. 73.

*Philip. 4. Dominus noster Iesus Christus  
factus est obediens usque ad mortem,  
mortem autem Crucis.*

*Prouerb. 15. Mens iusti meditabitur obe-  
dientiam.*

*Prouerb. 21. Vir obediens loquetur victo-  
rias.*

*1. Petr. 1. Castigantes animas vestras in-  
obedientia charitatis.*

Consideratio.

**C**onsiderabimus quam iustum sit  
ut obtemperemus Deo & omni-  
bus, quibus ille nos obedire vult:  
quia si filius patri, subditus Regi, ser-  
uus Domino, debet obedientiam; mul-  
to magis nos Deo in quo omnes hi,  
& multi alij, tituli concurrunt. Deus  
enam

EXERCIT. SPRIT.

163

enim Pater, Rex & Dominus noster  
est; ideoque debetur ei obedientia  
infinita, & maior, quam à creaturis  
ei præstari posuit.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo pro admirabili bus exemplis, quæ nobis in hac virtute præstulit. Obtemperando nō tantum Deo Patri usque ad mortem Crucis, sed et à subiiciendo se Matri suæ sanctissime B. Mariæ Virginis, & spôso suo Iosepho, & in passione sua iniustis iudicibus & peruersis eorum ministris.

*Confusio.*

**E**rubescemus, cōsiderandorebel-  
lionē & inobedientiā nostrā, qua  
nos metipos superbè contra superio-  
res & contra Deum ereximus, dum  
operibus nostris eum abnegauimus,  
& cōstituendo idolū de propria no-  
stra voluntate, illi soli obediuiimus.

*Petitio.*

**R**ogabimus Deū ut verā & perfectā  
nobis obedientiā cōferat: qua nō  
tantū mādat is ipsi obtēperemus, sed  
etiam

## M A N V A L E

etiam consiliis & inspirationibus; &  
subiecti simus ei in omnibus sine vla  
contradictione aut repugnantia;  
Et propter illum perfectam obedi-  
entiam prestemus iussis superiorum  
nostrorum , sine vlla excusatione  
aut replicatione, obtemperando no  
solum opere , sed etiam hilari ani-  
mo,& iudicio humili.

## *Oblatio.*

**O**fferemus Deo voluntatem no-  
stram, consignando illam in ma-  
nus ipsius ut nulla in re perficiat  
quod ipsa vult, sed quod diuinæ ma-  
iestati placitum fuerit: quia volun-  
tas eius est regula omnis rectitudi-  
nis, iustitiae & sanctitatis, ideoque di-  
gna quæ in omnibus impleatur.

## DE PATIENTIA.

### Exercit. 74.

*Luc. 21. In patientia vestra possidebitis a-  
nimas vestras.*

*Psalm. 9. Patientia pauperum non peribit  
in finem.*

*Prou. 19. Doctrina viri per patientiam no-  
scitur.*

*Psal. 70.*

*Psalm. 70. Quoniam tu es patientia mea  
Domine.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus dignitatem huius virtutis; quandoquidem per ipsam anima possidetur: quam impatiens omni penè hora perdit, partim propter impatientiam, odium, iram, rancorem & inquietudinem intrinsecam; tum propter alias multas occasiones quæ in hac misera vita singulis ferè momentis se offendunt: inter quæ vix fieri potest, nos sine Dei offensa conseruemus, nisi scuto patientię protegamus.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo, pro perfectissimis patientiæ exemplis, quæ toto suæ vitæ cursu, & specia liter in Passione sua nobis prætulit; quia cum malediceretur, maledicta non regessit, nec ullum incuriosum verbum ex ore suo protulit: cum falso accusaretur, non se defendit: cum iniuste cruciaretur tortoribus suis non est comminatus, sed tanquam

Agnus mansuetus inter supplicia, os suum non aperuit: & pro illis, qui neci eum tradiderunt, Deum Patrem orauit.

*Confusio.*

**E**Rubescem us: considerando permodicam patientiam nostram, qui s̄æp numero pro re minimi momenti turbati & inquietati fuimus, & animæ pacem quæ est, opulentissimus quidā thesaurus, & Dei lectulus, in quo, ipse n̄ cordibus nostris requiescit, amilimus.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deum, ut nob̄ s̄anctam hanc patientiæ virtutem largiatur: ut non modò patienter omnem aduersitatem ab ipso nobis immissam; sed quaslibet etiam persecutio[n]es contemptus, falsa testimonia & iniurias vnde cunque nob̄ aduenientes, sine ulla impatiencie signo, animo hilari, sustinamus: de sola Dei offensa dolo[n]d[us]: & ex animo eos qui nos offendunt diligendo ac pro plus orando.

*Oblatio.*

**O**fferemus nos Deo ad tolerandam amore ipsius omnem aduersitatem, persecutionem & contumeliam: & calicem quem pro nobis bibit, e potare desiderabimus.

## DE CASTITATE.

Exercit. 75.

**Eccles.** 25. *Omnis ponderatio non est digna continentis animæ.*

**I. Timot.** 5. *Te ipsum castum custodi.*

**Luc.** 12. *Sint lumbi vestri præcincti.*

**Galat.** 5. *Fructus autem spiritus, continencia, castitas.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus, quam speciosa & nobilis, sit virtus castitatis: quæ Angelis Dei nos similes reddid: & quam è contrario turpe ac vile sit luxuriæ vitium quod bestijs nos similes constituit.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo; pro exēplis, quæ nobis in hac virtute prætulit: tum in semetipso, tum quod Virginē Matré elegerit, quā potius voluit supra naturæ ordinem Virginem concipere & parere: quam pati, ut sancta ipsius virginitas violaretur

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur, quod ab hac virtute tum opere, tum impunis cogitationibus & desideriis sàpè desciuerimus.

*Petitio.*

**P**recabimur Deum, vt nos in corpore & anima perfectè castos efficiat: nec patiatur in nobis aliquam immundam cogitationem moram facere.

*Oblatio.*

**O**fferémus nos Deo: suppliciter ipsum rogando cum Propheta Davide, vt vrat renes nostros, & cor nostrum igne Spiritus sancti, quo sic ab omni impuritate omnis libidinis,

## EXERCIT. SPIRIT.

liberemur, quemadmodum aurum  
quod septies per ignem transit, puri  
Deo, qui purissimus spiritus est, di-  
gne seruire valeamus.

## DE ABSTINENTIA.

Exercitium 76.

*Luc. 21. Attende ne grauentur corda ne-  
stracrapula & ebrietate.*

*1. Thess. 5. Nos, qui filij Dei sumus, sobrij si-  
mus.*

*Eccles. 37. Qui abstinenſ est, adiicit vitam.*

### Consideratio.

**C**onsiderabimus, quam necessa-  
ria & excellens sit hæc virtus: cū  
sit mater castitatis, socia orationis, y-  
nica ad Deum precandū præparatio:  
ac denique animæ & corporis sani-  
tas.

### Gratiarum actio.

**G**ratias referemus Deo, pro exē-  
plis, quæ per totam vitam suam  
in hac virtute nobis prætulit: specia-  
tim quadraginta illis diebus, quibus  
in deserto ieunauit.

### Confusio.

**E**rubescemus, quod ab hac virtu-  
te ha-

te hactenus s̄epe : & indies magis  
mag's deficiamus : vcti à propria  
senzialitate, quam si semel vinci-  
mus : postea vigesies iterum ab ea  
nos superari patimur.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deūm, vt hanc vir-  
tutem nob̄s largiat̄, qua non  
tantum omnia genera voluptatum  
& deliciarum contemnamus, om-  
nemque superfluitatem in mandu-  
cando & bibendo vitemus: sed eti-  
am ieiunium & vitæ austерitatem  
diligamus, crucifigendo carnem  
cum omnibus vitijs & concupiscen-  
tijs eius.

*Oblatio.*

**O**fferemus nos Deo, renunciādo  
pro amore ipsius omnib. carnis  
voluptatibus, nec plura desideran-  
do, quam quæ necessaria sint ad sim-  
plicem corporis sustentationem:  
horum etiam necessiorum priuati-  
onem, quoties diuinæ maiestati pla-  
eet, libenter tolerando.

*Ad*

Ad excitandum ferverem in di-  
uinis, obsequijs: & desiderium  
profecitus.

Exercit. 77.

Ecclesiast. 7. Qui timet Deum, nihil negli-  
git.

Hiere. 48. Maledictus qui facit opus Do-  
mini negligenter.

Rom 12. Spiritu feruentes, Domino ser-  
uientes.

Apocal. 4. Quia tepidus es, incipiam te e-  
uomere ex ore meo.

Cor 15. Itaque fratres mei dilectissimi  
stable: estote, & immobiles, abundan-  
tes in opere Domini semper: scientes  
quod labor vester non est inanis in Do-  
mino

### Consideratio.

Considerabimus quid Deus me-  
reatur: quidque nos illi debea-  
mus: ac proinde quam turpe & recte-  
rationi contrarium sit, nos huic Do-  
mino negligenter deseruire: & ser-  
uitijs ipsius aliquid, postalibere.

hhz Gra-

MANVALE  
*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo, quod sibi seruirivélit à nobis creaturis vi-  
lissimis, & ne dignus quidem, qui  
coram illo assistamus, aut serui eius  
appellemur.

*Confusio.*

**P**vdore sustudemur, coram Deo  
de nostra negligentia in ipsius ser-  
uitio, tum quod vix quicquam aga-  
mus: tum quod ea quæ agimus, tepi-  
dè, remisse atque imperfectè facia-  
mus.

*Petitio.*

**P**recabimur Deū, vt nobis donet  
deuotionis seruorē, quo ex cordi-  
bus nostris omnē frigiditatem pella-  
mus, & omnia impedimenta in diui-  
no seruitio occurrēta superemus: at-  
q; eoru quę fecimus oblixi, in anteri-  
ora semper magis ac magis nosexten-  
damus.

*Oblatio.*

**O**fferemus nos Deo, ad seruiendū  
ipsi adiuuante e gratia ipsius cum  
eo,

EXERCIT. SPIRIT.

eo, quod ante dictum est, seruore: Et  
cum eo, quod sancti ei deferuiunt.

173

METHODVS AUDIENDI  
MISSA M.

Exercit. 78.

**I**ntra omnia opera, quæ Christi-  
anus homo potest & debet exer-  
cere, nullum sublimius, maioresque  
utilitatis est, quam ita ut par est in-  
teresse officio Missæ; ideoque opera  
prestum fuerit, docere quomodo o-  
audiendum sit Missæ sacrificium:  
tum ut seruitum nostrum diuinæ  
maiestati sit acceptius, tum ut ani-  
mabus nostris maiora inde emolu-  
menta proueniant.

Aduertendum igitur in Missæ ce-  
lebratione, tria principaliter fieri,  
quorum unumquodque multis my-  
sterijs refertum est:

Primum est: quod in ea consecre-  
tur panis & vinum, (quemadmodum  
fecit Christus in nouissima cœna, cu-  
ius etiam consecrandi potestatē con-  
tulit Apostolis, & omnibus Sacerdo-

th. h. 3 tibus

tibus legitimè ordinatis: ) & huius consecrationis virtute panis conuertatur in verum Corpus Iesu Christi redemptoris nostri: & vinum in veram sanguinem ipsius: ita ut post hanc consecrationem sub speciebus panis & vini verè ac realiter continetur totus Christus.

Secundum est: quod in ea offeratur corpus & sanguis Christi redemptoris nostri, sub speciebus panis & vini in sacrificium Deo Patri & toti sanctissimæ Trinitati gratissimum.

Tertium est: quod sacerdos posteaquam hoc sacrificium obtulit, sacramentaliter corpus & sanguinem Christi suumat, ad utilitatem & profectam animæ suæ, si debita cum dispositione sacramentum hoc suscipiat.

Ex his quæ diximus, intelligi potest, quam sublimè sit hoc mysterium, & quanta cum attentione, reverentia, & deuotione, Christianus

enus missæ sacrificio interesse debeat, quandoquidem agitur in ea tam sublimè mysterium, de cuius fructibus, non modò sacerdos celebrans, sed etiam omnes qui debitacum dispositione & reuerentia missæ inter sunt participant. Ut igitur exactius omnia declaremus.

Primo: quatenus in Missa consecratur corpus & sanguis Christi, & virtute huius consecrationis realiter in altari præsens est idem Christus, magna in corde Christiani audiētis aut seruientis ad missam, debet esse attentio & reuerentia: nec nō īgens desiderium missam indies audiēnd: non tantum illis diebus, quibus ex præcepto Ecclesiæ cam audire tenetur: sed etiam alijs: & non unicam tantummodo sed plures si pos sit. Beati enim, ait Christus ad discipulos suos, oculi qui vident, quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi Propheta & reges voluerunt videre quæ vos videtis & non viderunt.

Sed

Sed idem Dominus quem vide-  
runt, & cum quo conuersati fue-  
runt Apostoli, & propter quem be-  
ati pronunciantur eorum oculi, re-  
aliter praesens est in altari, in quo  
Missæ sacrificium peragitur, post  
factam consecrationem : & illum  
verè oculi omnium praesentium in-  
tuentur, licet in speciebus panis &  
vini velatum . Si peregrinatio-  
nem, quantumuis longam & mo-  
lestam , recte impensam indicare  
deberemus, ut nobis hac visione  
frui liceret . Quanta cum gratia-  
rum actione, deuotione, & reue-  
rentia cordis, eadem Christianus  
gandere debet ; quoties sacrificio  
Missæ interest; ubi sine labore, imo  
ingenti cum liberalitate atque amo-  
re, cernere conceditur, illum qui à  
Regibus desideratus, à Prophetis  
pronunciatus, à iustis magno cum  
ardore expectatus fuit: illum qui  
est omnium sanctorum gloria: in  
quem desiderant Angeli prospice-  
re: ideoque, quamuis toto tempore  
quo

quo sacrificium hoc offertur, magna cum attentione atque deuotione eidem interesse debeat: magis tamē id facere debebit, post conseruationem, ab eo nimirum loco, quando Sacerdos sacram hostiam eleuat usque ad completam illius à Sacerdote sumptionem. Atque intereatum se conferet ad gratias Deo referendas, pro insigni hoc beneficio, quod nimirum quamuis in cœlum ascenderit, nos tamen corporali sua præsentia omnino priuare non luerit, ut certi essemus de amore quo nos completeretur: nec unquam ipsius, & eorum quæ nostri causa fecit & sustinuit in hoc mundo, obliuisceremur.

Adorabit etiam Christum hic vere præsentem facietque actum fidei: & confitebitur eundem illum esse: qui pro nobis in cruce mortuus est, qui que nunc ad dexteram Patris residet, verum Dei filium, vi- nius eiusdem que cum Patre & Spi- ritu sancto, esentia, maiestatis, sa-

hh s

pien-

pientiae, & eternitatis, & potentiae. Verum etiam hominem, Beatissimae Virginis MARIAE filium Spiritus sancti operatione conceptum, Redemptorem & Salvatorem nostrum, qui pretiosi sanguinis sui profusio- nem : atque sanctissima morte sua nos de manu diaboli redemit: peccatorum veniam nobis promeritus est cœlestis regni portas reseravit, nobisque promeruit, ut easdem ingredi, atque eadem qua ipse beatitudine gaudere possimus.

¶ Tribusque præterea, coram diuina maiestate, quod tam ingratum esse videat, tot præclaris ipsius beneficijs: tam tepidum & negligenter in seruitio optimi & liberalissimi huius Domini, cui plurimis istitulis obligatus est, ac denique quod illum offendere ausus fuerit.

¶ Demum animatus & excitatus, tanta misericordia, liberalitate, & amore, quem hic demonstrat Christus, peter, h eo peccatorum suorum veniam, & omnium necessita-

tu m

tum suarum, tum animæ tum corporis, medelam: diuina etiam dona, & gratiam, quibus possit Deo perficius seruire ac placere.

Quatenus verò in celebratione Missæ corpus & sanguis Christi Deo Patri toti sanctissimæ Trinitati in sacrificium offertur, Christianus non minori cum attentione, deuotione ac reuerentia eidem interesse debet. Vbi sciendum est quod cum Deus sit creator & Dominus noster, qui esse, quod semel dedit, nobis conseruat; qui nobis vitam confert: qui nos sua bonitate ac prouidentia regit & gubernat: sine quo ne momento quidem subsistere possumus: cuius est vita & omne bonum quod habemus: & de cuius manibus omnia speramus: fideles semper habuisse iam inde ab initio mundi, signum aliquod exterius, quo supremum hoc Dei super nos & super omnes res creatas dominiū agnoscerent: huicenim rei maximè seruiebāt sacrificia quę offerebātur

in veteri lege: quæ etiam apud ido-  
lolatras in vſu fuerunt: ideoque sta-  
tim in principio mundi testantur ſa-  
ceræ literæ, Abelem obtulisse Deo  
ſacrificiū de primogenitis gregis ſui:  
& idem feciffe Noemum, Abraha-  
mum, cæterosque Patriarchas: &  
poſtea in lege, quam Deus populo  
Iſraelitico tulit, varia ſacrificiorum  
henera ſibi offerri voluit, quæ non  
tantum ad predictum finem perti-  
nerent, ſed etiam Saluatoris venturi  
& redemptionis quam operatus  
erat, figura eſſent: quorum quædam  
etiam ordinata erant ad agēdas Deo  
gratias pro beneficiis acceptis, ali-  
qua denique ad expiationem pecca-  
torum. Sed Christus Redemptor no-  
ſter in mundum veniens: tanquam  
verus Pontifex & Sacerdos, & medi-  
ator inter nos & Deum Patrem ob-  
tulit ſemetipſum in ſacrificium pro  
ſalute mundi: & finem imponens an-  
tiquæ legi, & omnibus ſacrificiis, ac  
nouam fundas Ecclesiæ ſuæ vnicum  
tantummodò ſacrificium loco præ-  
teritorum.

teritorum reliquit: multo excellen-  
tius & pretiosius quam illa omnia.  
Est autem illud idem sacrificium  
quod nos offerimus corporis & san-  
guinis Christi; nisi quod ille semet-  
ipsum cum sanguine obtulit, verè  
sanguinem suum fundens & realiter  
in Crucem moriens: nos autem offeri-  
mus, illud sine sanguine sub specie-  
bus panis & vini, quemadmodū ipse  
in nouissima cœna illud à nobis of-  
ferri voluit, quando discipulis suis  
ait.. *Hec quotiescumque feceritis, id est,*  
*quotiescumque corpus & sanguinem*  
*meum consecraueritis & contuleri-  
tis sub speciebus panis & vini, quem*  
*admodum ego vos modo doceo, &*  
*potestatem id agendiconsero, in mei,*  
*id est, in mortis meæ, quemadmodū.*  
S.Paulus Apostolus declarat, *mem-  
riam facietis. Quamvis autem Eccle-  
sia nullum aliud sacrificium habeat*  
*præterquam unicum hoc, cum illo*  
*tamen omnia fiunt quæ cum aliis sa-  
crificiis fieri poterant: ideoque per*  
*hoc sacrificium, primo protestamur*

h h 7

Deum,

Deum, cui illud offerimus, esse crea-  
torē & Dominū nostrū, nos verò  
creatūras ipsius, quæ esse vitā & om-  
nia ab ipso habemus: & ab ipsius bo-  
nitate & misericordia peccatorum  
veniā & æternā gloriā ad quam nos  
creauit, speramus. Eo:dem etiā sacri-  
ficio memoriā facimus sacrificij il-  
lius quod cū sanguine pro nobis  
Christus summus sacerdos in altari  
Crucis, in peccatorū nostrorū expi-  
ationē obtulit, & innocētissimæ vi-  
tæ, atq; sanctissimę passionis & mor-  
tis ipsius, nec nō gloriose resurrecti-  
onis & in cœlos ascēsionis. Agimus  
etiā gratias Deo pro omnib. benefi-  
ciis, quibus nos affecit & cōtinuè af-  
ficit: laudamus præterea & glorifica-  
mus eū pro immēsa bonitate & mi-  
sericordia ipsius, quam declarauit  
in eo quod vnigenitum filium suū  
nobis donauit pro mundi redemp-  
tione, quem nos illi offerimus in re-  
cōpensationē huius beneficij tū cæ-  
terorū omniū: quia tanquā egeni &  
pauperes nihil habemus quod illi  
offeramus, nec quicquā gratias ei of-

ferre possumus. Idē hoc sacrificium offerimus ei in satisfactionē peccatorum nostrorū, ut per illud mereamur participes fieri redēptionis, quā Christus pro nobis moriēs operatus est: pœnæ etiā quæ post culpā, per cōtritionē & confessionē sacramentalē quæ Sacerdoti fit, & ab eodē sacrificio quod Christus pro nobis obtulit vim suā habet, soluēda manet, dīmissionē cōficiamur. Offeremus illud etiā promedio ad consequendā Dei gratiā, dona, virtutes, & omniū necessitatū nostrarū remediū, & omniū q̄ nobis necessaria & cōuenientia sunt, tā ad animę q̄ad corporis sanitatē. Offerimus etiā illud p̄ tota Ecclesia & p̄ proximis, vt virtute illi Deus illis gratiā iuā cōferat, vt ad ipsum cōuertatur & de peccatis suis pœnitentiā agāt, illi vero q̄ in gratia ipsius sunt, in ea atq; in meritis & operib. bonis cōseruētur & crescāt, vtq; omnib. illorū necessitatibus tā animae quam corporis medetur. Offeremus etiam illud pro animabus in purgatorio detentis, vt à pœnis quas patiuntur liberentur, &

ad cœlestis gloriæ gaudiæ perducatur. Pro omnibus enim his im petratis mirabilem virtutem & efficaciam habet hoc sacrificium, eo quod in ipso offeratur corpus & sanguis Christi, in quo summo perè Deus Pater sibi complacuit & complacet. Aduertendum etiam eo, quod quāuis Sacerdos celebrās, principaliter offerat hoc sacrificium in persona Christi cuius locum & ministerium representat, nihilominus vniuersaliter illud offerunt, qui circūsistuntur Missæ inferuiunt vel illam audiunt, vel eam celebrari procurāt, vel specialem ad eam deuotionem habent, quamuis præsentes non sint. Omnes hi participat de virtute huius sacrificij illi maximè pro quibus offertur: vnuusquisque secundum suam deuotionem, & secundum quod magis vel minus immediate ad célébrationem Missæ cōcurrat. Illi enim qui missam dici procurant plus participant, & illi qui Missæ inferuiunt plus quam illi qui illam audiunt, &

præ

præsentes plus quam absentes. Ex his manifestè liquet quam parū rem intelligent, qui propter grauitatē, Missę inferuire dedignantur, illudque famuis suis faciendum iniungunt; qui si considerarent quid hic fiat, & lucrum quod ex ministratio ne percipitur, intelligerent utique nec Reges nec Principes dignos esse qui seruiant Sacerdoti peragēti ministerium, quod ipsi retiam Angeli ci spiritus (ut ita dicam) si inuidenter sequere meliori quo possent modo præpararent, nec famulos sibi lucrum hoc præcipere paterentur.

Debet igitur Christianus Missam audiens, quantum ad secundam sacrificij partem attinet, postquam vi delicer Sacerdos hostiam & calicem exaltauit, magna cum attentione & deuotione se metipsū in intimis colligere, & Deo Patri sacrificiū illud corporis & sanguinis filij sui offerre primo in agnitione suę immēsae maiestatis, cōfitendo illum esse Deum & Dominum omnium rerū, à quo est om̄

est omne bonum; & in memoriam  
sacrificij illius quod Christus in alta-  
ri Crueis obtulit, pro totius mundi  
redemptione: necnō in memoriam  
sanctissimę Incarnationis, natiuita-  
tis, vitæ, moris, ac resurrectionis ip-  
sius. Et in gratiarū actionem pro o-  
mnibus beneficiis tum generalibus  
quam specialibus ab ipso acceptis,  
specialiter in gratiarum actionē il-  
lius beneficij, quod nobis vñigenitū  
filium suum donauerit, & illius be-  
neficij quo Christus nos affectit, re-  
linquēs semetipsum nobis in perpe-  
tuum sacrificium. Offeret etiā illud  
ad honorem & gloriam diuinæ Ma-  
iestatis, laudādo illum pro infinita  
bonitate misericordia, clemētia, &  
pro cæteris omnibus perfectionib.  
ipsius. Offeret illud in satisfactionē  
pro omni uspeccati sui: pro Eccle-  
sia sancta Catholica: pro augmento  
ipsius & dilatatione fidei ipsius, &  
pro cōversione Gentilitatis & om-  
niū infidelium: pro illis qui in hoc o-  
pere in diuersis mundi partib. desu-  
dantur.

dint: pro H̄eresum extirpatione, &  
h̄ereticorū atque schismaticorū ad  
obedientiā & Ecclesiæ gremiū redu  
ctione, & pro illis qui in hoc opere  
laborā: pro cōseruatione fidelium  
in fide, & augmentatione: pro eorū-  
dē contra persecutio[n]es h̄eretico-  
rum protectione ac defēsione: pro  
regni peccati destructione; pro pec  
catorū cōuerſione: pro iustorum in  
gratia, meritis & bōnis operib. con  
fervatione, & augmentatione: pro illis  
qui proximos per prædicationē &  
Sacramentorū administrationē ad  
iuā: pro Romano Pōtifice Pasto  
re vniuersalis Ecclesiæ: præ cæteris  
Prælatis & omnibus curā animarū  
agētibus, vt ouium sibi cōmissarum  
debitā curā habeant, atque in illarū  
custodia vigilatissimi sint: pro om  
nibus Ecclesiæ ministris, qui in ali  
quo sacro ordine cōstituti sunt, vt  
sint sancti sicut Deus cui ministrat  
factus est: pro augmento & conser  
vatione omniū Religionum, & om  
nium Religiosorum vt perfecte ser  
uiant

uiant Domino cui super professio-  
nem consecrâunt.

Pro Imperatore, Rege, Principi-  
bus & Dominis temporalibus, admi-  
nistratoribus & gubernatorib. re-  
xum publicarum, Iudicibus & mini-  
stris iustitiae, ut rem publicâ Christi  
anam in pace & iustitia conseruent,  
illamque ab inimicis & infidelibus  
defendant & de illis victoriâ repor-  
tent: pro omnibus necessitatib. in  
anima sine corpore patiētibus: pro  
tentatis afflictis, persecutionem su-  
stinentibus, viduis, pupillis, infi-  
mis, viatoribus, nauigentibus, in ar-  
ceratis, mancipijs, pauperibus & in  
qualicunque necessitate occitutis.  
Pro parentibus & cognatis: pro pa-  
tribus & fratribus suis spiritualibus  
pro benefactoribus: pro sibi com-  
missis: pro recommendatis: pro il-  
lis quos scandali zauit, aut quibus a-  
liquando malum consilium dedit,  
& quibus vel spiritualiter vel tem-  
poraliter obligatus est: pro anima-  
bus in purgatorio existentibus, illis:

spe

specialiter quibus magis obligatus  
est, & qui nulla habent suffragia &  
supplicabit Deo cum magna humili-  
tate & deuotione, ut oculis miseri-  
cordiae suae respiciat dilectissimum  
& obedientissimum filium suum,  
qui hic illi offertur, & nos creaturas  
suas, preioso sanguine vnigeniti fi-  
lij eius redemptas ipsis oculis re-  
spiciat, & omnibus necessitatibus  
nostris medeatur, nobisque tanquam  
bonus Pater in anima & corpore  
prouideat.

Et ut ad tertiam Missæ partem ve-  
niamus, ad Sacram videlicet Com-  
munionem, quando Sacerdos cor-  
pus & sanguinem Christi suscipit: huic  
Christianus non minori cum atten-  
tione & deuotione quam cæteris du-  
abus Missæ partibus interesse debet,  
considerando bonitatem Dei, qui  
semetipsum nobis in animarum cibis  
relinquere voluit; gratiasque illi a-  
get pro tam insigni beneficio: & quā-  
uis solus Sacerdos corpus & sanguī-  
nem Christi sacramentaliter accipiat,  
nihil-

nihilominus qui Missæ interest spiritu  
ritu . . . ter eundem Christum recipi  
et; quod fiet confidetado magnitu-  
dinē huius beneficij, & gratia Deo  
agendo pro eodem beneficio ut  
ante dictum est; desiderando etiam  
& ferventibus precibus postulando  
ut in animab. nostris effectus illos  
propter quos hoc sacramentum in-  
stituit, operetur videlicet ut nos in  
illo & ipse in nobis maneat, atq; ut  
illi per verum amorem, & verā cum  
sua voluntate conformitatem con-  
iungamur & propter illum nobis  
metiplis, hoc est desideriis carnis,  
mundi & nostræ propriæ volunta-  
tis, morientes, & cōtinuè ipsius vo-  
luntatē que tota sancta & perfecta  
est implere sat agentes ipse in nobis  
& nos in illo viuamus. Hęc tria sunt  
quæ principaliter in Missarum cele-  
bratione fiunt. Hoc etiam modo  
Christianus fructum haurire pote-  
rit, ex Missæ auditione. Quæ etiam  
utilia esse possunt Sacerdotibus cele-  
brantibus, qui maiori animæ puri-  
tati

tati, maiorique attentioni & deuotioni, quam illi qui Missam audiunt studere debent: eo quod ipsi ad celebrationem sublimium horum mysteriorum immediatus concurreat & verborum Christi prolatione & sanguinem Christi consecrēt, & manibus suis in persona Christi eadem offerant: eademque Sacramentaliter sub specie panis & vini suscipiantur. Ut autem maiori cum reverentia & deuotione Missæ sacrificium perageretur S. Mater Ecclesia cæremoria quasdam sanctissimas, & mystérijs grauidas instituit quibus Sacerdos in Missarum celebratione, tam in vestibus quibus vellitur quam in reliquo Missæ officio orationibus, signis, inclinationibus & reverentiis vteretur, quarum plurimæ iam inde ab Apostolorum temporibus in usu fuere, ut patet ex Missa S. Iacobii quæ in ipius vita extat: & ex Missa S. Clementis discipuli & locj S. Ecclæ, qui in 8. lib. constitit Apostolicum continetur; ideoque rationi

con-

consentaneū est ut Christiana obseruet & reuertatur omnia quæ in Missa aguntur, etiam ille quæ quid significant non intelligit.

Et quia ex his quæ dicta sunt satis demonstratum est: in quo se occupare debet qui Missam audit, non immorabitur in declarandis cæteris Missæ mysterijs, cū alijs libri hæc tractantes extent. Cum ergo videamus sacerdotem sacris vestibus induutum representabimus nobis ante oculos mentis Filiū Dei humilitate nostra induutum, & sacerdotem atque sacrificium nostrum effectum.

Quando fit confessio, rogabimus Deam ex toto corde pro peccatorū nostrorum remissione: dolēdo de ipsis & confitendo nos esse peccatores, vt nullum sit in nobis impedimentum quo minus de his mysteriis, quæ in altari peraguntur, gaudere, & animo puro coram Deo assistere possimus.

Dum Introitus cantatur: Laudabimū

**EXERCIT. SPIRIT.**

193

bimus simul Deum si intelligimus  
quæ cantantur: & considerabimus  
quam ardentia fuerint desideria San-  
ctorum Patriarcharum, Prophetar-  
um & omniū iustorū, qui ante Chri-  
sti aduentum in mundo extiterunt,  
pro ipsius aduentu: & pudore suffun-  
demur, quod rā parū beneficū hoc,  
quod in aduentu suo Deus nobis cō-  
tulit, sentiamus, & vix vllas ei grati-  
as pro eodem referamus.

Ad Kyrieleison considerabi-  
mus planctus & gemitus Sanctorū  
Patrum in Lymbo existentium, pro  
adventu Saluatoris, qui eos inde li-  
beraturus, & ad cœlestem gloriam  
translaturus erat.

Ad Gloria in excelsis considera-  
bimus gaudium & cantica Angelor-  
um in Christi Natiuitate.

In orationibus siue collectis quæ  
subiunguntur, simul cum Sacerdote  
eadē quæ ipse petit, quibusq; nos ma-  
gis indigere cēsemus, postulabimus.

Quotiescumque Sacerdos se ad  
nos conuertit, dicens: Dominus vo-  
i i b i s c u m

biscum, respondebimus ei. Et cum  
spiritu tuo: & cogitabimus ipsū nos  
mouere ut magna cum attentione  
& reuerentia alissimis quę hic cele-  
brantur mysteriis intersumus: ad  
quod quoniam nulla humana dil-  
gentia sufficit, Dei auxilium postu-  
labimus.

Sub Epistola considerabimus:  
prædictiones Prophetarum & S. Io-  
annis Baptistæ prædicationem, qui  
aduentum & prædicationem Chri-  
sti præcesserunt.

Sub his quę post Epistolam canun-  
tur, considerabimus vitam & con-  
uersationem Christi in hoc mundo  
& Apostolorum electionem ab Eu-  
gelii prædicationem.

Euangelium audiri debet magna  
cum attentione, & ideo quando le-  
gitur omnes surgunt, & sub illius le-  
ctione considerabimus: quomodo  
prædicatum fuerit Euangelium hoc  
est nuncium de nostra redemptione  
de Christi fide, & morte ipsius al-  
que resurrectione continet, per to-  
tum terrarum orbein.

Symbolum Apostolicum simul  
cum sacerdote dicemus, & confite-  
bimur omnia fidei nostræ mysteria  
quæ in eo continentur. Sub offerto-  
rio considerabimus, quomodo sta-  
tim posteaquam Christus conceptus  
fuit, se ad Dei Patris voluntatem  
quæ erat ut pro mundi Redempto-  
re moreretur, perficiendam obtule-  
rit: & quomodo statim posteaquā  
natus fuit intempslo à sanctissima ma-  
tre sua præsentari voluerit: quomo-  
do etiam semetipsum ante Passionē  
suam in oratione quam fecit in hōr-  
to, semetipsum Deo Patri obtulerit,  
& nos Deo simul in seruos perpetu-  
os, ad seruiendum & obediendum  
ei in omnibus.

Quando Sacerdos dicit. *Orate  
fratres:* orabimus ex animo pro illo  
ut possit dignè hæc diuina mysteria  
peragere.

Sub Secretis precabimur Deum  
simul cum ipso ut nobis ea quæ ipse  
postulat, concedat, & ut nos illius  
sacrificij quod hic offerendum est

ii 2 parti-

participes faciat.

In Præfatione considerabimus quod Sacerdos ad istorum mysteriorum sublimium & maiestatis diuinæ ac magnitudinis cum qua tractandum est, quam Angeli laudant, Dominationes adorant, Potestates & columnæ cœli tremunt, considerationem nos excitet.

Dicto *Sanctus*, & Sacerdote Canonem incipiente, poterimus exercere nos in offerendo sacrificio, eo quo ante dictum est modo.

Quando eleuatur hostia, adorabimus eum qui hic nobis ostenditur, Christum videlicet Redemptorem nostrum: & exercebimus nos in sentienda ipsius præsentia, & in gratijs ipsi referendis, ut supra dictum est.

Deinde pergemus in offerendo sacrificiosque ad Communionem, tum verò circa ea quæ supra diximus nos exercere poterimus; & in fine Missæ gratias agemus Deo quod permiserit nos interesse celebratio-

ni.

ni, tam augustinorum & sublimium  
mysteriorum: & per eorum virtutē  
precabimur eum ut nos ab omni  
suæ maiestatis offensa præseruet.

## ANTE CONFESSIONEM Sacramentalem.

Exercit. 79.

Pro. 28. Qui abscondit sceler a sua non diri-  
getur, qui autem ea confessus fuerit &  
reliquerit ea, misericordiam consequetur.

Psal. 31. Dixi confitebor aduersum me iniu-  
stiam meam Domino: & tu remisisti  
impietatem peccati mei.

I. Ioan. 1. Si confiteamur peccata nostra, fi-  
delis est Deus & iustus, ut remittat nobis  
peccata nostra & emundet nos ab omni i-  
niquitate.

### Consideratio.

Post peractum examen consciencie, & expensis diligenter pecca-  
tis, quibus Deum post ultimam cō-  
fessionem offendimus: considerabi-  
mus quis sit Deus in quem peccauim-  
us, & qui simus nos qui Deum cre-  
ato-

atorem & Dominum nostrum offendere ausi fuimus, & ex animo, de omnibus peccatis generatim, & de singularis speciatim contra ipsum commis- sis do'ebimus eodquod, Deum, quem super omnia diligere debueramus offenderimus.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo, quod nos in tantis peccatis existentes ha-  
etenus tolerauerit, expectauerit, &  
ad pœnitentiam faciendam permo-  
uerit.

*Confusio.*

**P**vidore suffundemur propter in-  
gratitudinem & audaciam no-  
stram, quod eum, quem super om-  
nia diligere debueramus offendere  
ausi fuerimus.

*Petitio.*

**R**ogabimus Deum, vt nobis om-  
nia peccata nostra dimittat, gra-  
tiamque largiatur, vt ea cum vero  
dolore & proposito ad ea amplius  
non reuertendi, confiteamur.

*Oblatio*

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo, Passionem & mortem Christi in satisfactiōnem omnium peccatorum nostrorū: offeremus etiam ei nosmetipſos ad integrā emendationē, & pro illis, per gratiam ipsius satisfactiōnē.

**ANTE SACRAM COMMUNIONEM.**

## Exercitium. 80.

*1. Corin. 11. Probet autem seipsum homo & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat indigne iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.*

*Ioann. 6. Caro mea verè est cibas, & sanguis meus, verè est potus. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet & ego in illo.*

## Consideratio.

**C**onsiderabimus, quis sit Dominus, quem suscep̄turi sumus & qui simus nos: altitudinem nimirum diuinæ maiestatis & humilitatem nostræ vilitatis: adhæc

GUR

cur veniat, videlicet, ut nobis gratia suam conferat, & quam plenus amore, & quanto cum desiderio dona sua nobis communicandi, veniat.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo, quod nos bis semetipsum in hoc sanctissimo Sacramento relinquere voluerit.

*Confusio.*

**E**rubescemus, considerando indignitatem & vilitatem animæ nostræ, quæ tam diu fuit dæmonum habitaculum, quandiu in peccato mortali extitit.

*Petitio.*

**R**ogabimus Deum, ut in anima nostra, internam ad sacratissimum hoc Sacramentum devotionem suscitet, qua disponamur ad dignè illud recipiendum.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo cor nostrum, ut per Sanctissimum hoc Sacramentum, illud secum perfectè vniat & inse

in se transformet, & nihil desideret,  
nihil querat, nihil cupiat, præter  
ipsum.

## POST SACRAM

Communionem.

Exercit. 81.

*Ioan. 6. Hic est panis qui de cœlo descendit:  
& qui manducat me ipse viuet propter me.*

*Consideratio.*

Considerabimus, eum quem suscepimus esse Christum Redemptorem nostrum: qui tam verè intranos est, quam vere ad dexteram Dei Patris in cœlis residet.

*Gratiarum actio.*

Gratias referemus Deo, pro singulari hac gratia qua nos ornauit, & inuitabimus Angelos & sanctos omnes, atque omnes creaturas, ut nobiscum laudes diuinæ celebrēt nosque in gratijs Deo pro hoc beneficio referendis adiuuent.

*Confusio.*

Vdore suffudemur, atque ad Dei  
Pedes nos prosternemus & coram  
ii s ip sius

ipsius maiestate prostrati, cognoscemus & confitebimur nostrā vilitatē, quāq; indigni fuerim⁹ hoc beneficio.

*Petitio.*

PREcabimur Deum, vt operetur in nobis admirabiles illos effetus, propter quos sanctissimum hoc sacramentum instituit, & omnes animarum nostrarū infirmitates & nostras necessitates ipsi aperientes, rogabimus eum tanquam medicum sapientissimum & potentissimum, vt eas curet, & tanquam patrem amantissimum & Regem liberalissimum, vt illis medeatur.

*Oblatio.*

OFFeremus Deo, animam nostrā, in perpetuam ipsius habitationē supplicando ei, vt nunquam inde recedat, & quandoquidē per suā bonitatem voluit animas nostras esse ipsius habitaculū, vt eas semper inhabitet.

DE HORIS CANONICIS.

Nimicus salutis nostræ, quamvis omni tempore infidias nobis tendat nosq; oppugnet, multo tamen magis hoc facit tempore orationis, specia-

Iliter cum dicēd<sup>e</sup> sunt horæ canonice: vt earum nobis attentione & deuotione auferat, faciatq; vt eas cursum finē tantummodo respiciendo, persoluamus: cū illud sit exercitium nobis quotidianum, quod ex obligatione ad quā tenemur omittere nō possumus. Quiaēadmodum enim qui horas debita cum attentione & deuotioē recitat, plurimū meretur, sic qui eas animo distracto oper soluit, plurimū demeretur. Qui ore tantū modo & labijs legit, & corde in plateis diuagatur, teste S. Ber. valde inēqualiter diuidit, qui adat folia Deo, & cordēmoni. Mercator qui in cōmercijs maiorib. iacturā patitur, quid potest de eo aliud sperari quā extrema paupertas? Sic qui in diuino officio, vnde magna lucra reportare deberet, ita se habet, vt nō modo non lucrētur, sed etiā meritū omne perdāt, & Deū per irreuerentiā & indeuotionē offendant, alius certè illorum spiritus esse nō potest, quām miser & egenus. Ne igitur in hac parte deficiamus, visum est nobis,

in hoc Manuali breuia quædam exercitia tradere in quibus tempore hararum Canonicarum, siue eas dicimus, siue audiamus, exercere possimus: quarum singulis vnam de Passione Domini considerationem, & vnum beneficium, pro quo Deo gratias agamus, & vnam virtutem quam à Deo postulemus cum eiusdem confusione, & oblationem quandam, sicut hucusque in hoc Manuali fecimus assignabimus.

*Quando hora audiuntur.*

Exercit. 82.

Cant. 5. Vox dilecti mei pulsantis.

Psal. 121. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.

Psal. 117. Vox exultationis & fætus in tabernaculis iustorum.

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus, quod Deus nos vocet ad se laudandum, non sive utilitatis causa, quia nostris laudibus & seruitiis non indiget, sed ut ipsum laudando animas nostras ditemus.

*Gratia*

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemu, Deo : quod à nobis laudari, & officium Angelo rum à nobis in terris exerceri velit.

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur, cognoscentes nos indignos esse ad officium tam sublime, ad quod ne Angeli quidem sufficientes sunt : specialiter cum nos illum toties sacrilego ore nostro offenderimus , & labia nostra immundis sermonibus polluerimus.

*Petitio.*

**R**ogabimus Deum , pro affectu, deuotione & puritate cordis, ut dignè coram ipsius maiestate assistere, & laudes ipsius decantare possimus.

*Oblatia.*

**O**fferemus Deo voluntatem nostram & desiderium laudādi eū purē & ex toto corde: desideramusque habere puritatem Angelorum, & ferorem Seraphynorum, vt

cum

cum perfectius laudare possimus.

## AD MATVTINAS.

Exercitium 83

*Matth. 26. Vigilate & orate ut non intretis  
intemperacionem.*

*Ioan. 18. Iudas cum accepisset oohortem, &  
a Pontificibus & Pharisæis ministros, ve-  
nit cum laternis & facibus & armis.*

*Ibid. Cohors & tribunus & ministri Iudaoo-  
rum comprehendenterunt Iesum & ligauerunt  
eum & adduxerunt eum ad Annam pri-  
mum. Et misit eum Anna ligatum ad Ca-  
ipham Pontificem.*

## Consideratio.

**C**onsiderabimus, Christum Re-  
demptorem nostrum nocte pas-  
sionis sue ad hortum Gethsemani cū  
discipulis suis exiuisse: vbi tertio Pa-  
trem orauit, atq; factus in agonia san-  
guinem sudauit. Præterea Iudam cū  
militibus armatis ad comprehendend-  
dum Iesum venisse, quem ligatum ad  
Annam, & ab Anna ad Caiphā per-  
duxerunt, vbi plurima passus est.

## Gratiarum actio.

**G**ratias agemus Deo, pro omnib.  
quæ illa nocte passus est; & pro

Beneficio creatiōis, quo nos ē tenebris & ex abyssō profundissima nihil in ostri educatos, esse nobis dedit, atq; ad imaginēm & similitudinem luam condidit.

*Confusio.*

PVdore suffundteinur, considerando quod peccata nostra passionis Christi causam prebuerint, quodq; nos relicta sice, hoc est, Deo, tenebras peccatorum nostrorum potius amauerimus, arque seruos principis tenebrarum, hoc est, diaboli nos constituerimus.

*Petitio.*

Rogabimus Deum, vt augeat in nobis virtutem fidei, per quam à tenebris errorum liberati, lux veræ cognitionis Dei nobis confertur, quæ nobis luminis loco est, in tenebris huius vitę, vbi eum clarè videre non possumus.

*Oblatio.*

Offeremus Deo hanc horam quā perfolaimus, coniungendo nostras laudes cū illis laudibus, quib: angelī & sancti eū in cœliscō celebrant.

Exercit. 84.

*Luc. 22. Viri qui tenebant Iesum, illudebant ei cædentes & velauerunt eum, & percutiebant faciem eius, & interrogauerunt eum dicentes: Prophetiza, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus ea, quæ Christus passus est à militibus, cùm ab eis vincitus teneretur: qui nullam ei requiem permiserunt, sed innumeris eum ludibrijs & cōuicijs onerarunt, alapis cædentes, & faciem illius sanctissimam conspuentes, alijsque milie illusionum generibus eum deridentes, quem angeli proni in terram adorant.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo, pro his quæ nostri amore à vilissimis mancipijs passus fuit: & pro beneficio conseruationis, quo posteaquam nos creasset, in esse & vita quam semel de-

derat, conseruauit, protegendo nos  
& omnia ad sustentationem vitæ ne-  
cessaria, ad hanc usquē horam nobis  
liberalissimè tribuendo.

*Confusio.*

**E**Rubescemus, quod nos quantum  
in nobis est, Christum irriser-  
imus, peccando & offendendo illum,  
& vita quam ille nobis conseruat at-  
que sustentat, ad suæ diuinæ Maiesta-  
tis offensionem vtendo.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deum, ut virtutem  
spei in nobis amplificet, qua ro-  
borati & animati reliquum tempus  
quod in hoc exilio nobis supereft ad  
seruitum ipsius impendamus, quo-  
usque ad matutinum beatitudinis, v-  
bi illo semper fruamur, pertinga-  
mus.

*Oblatio.*

**O**Blatio eadem est quæ in præce-  
denti exercitio.

**AD PRIMAM.**

Exercit. 8<sup>o</sup>.

*Matt. 27. Mane autem facte consilium inie-*  
*runt*

runt omnes Principes Sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum, ut eum morti tradarent. Et vincitum adduxerunt eum & vincitum tradiderunt Pontio Pilato praefidi.

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus, summo mane Principes Sacerdotum, & seniores populi consilium iniisse contra Iesum, & determinasse eum morti tradere: ac proinde, consignarunt illum manibus Pilati Praefidis, qui cum nullam mortis causam in eo reperiret, milit eum ad Herodem, qui cum ei allusisset, remisit eum ad Pilatum, alba veste irrisoria vestitum.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo, pro omnibus quæ in hoc mysterio nostri causa passus est, & pro beneficio sanctissimæ Incarnationis ipsius, per quam homo factus & natus, tanquam sol huic mundo illuxit, & exemplo atque doctrina sua, tenebras nostras illuminauit.

*Conf.*

*Confusio.*

**P**Vdore suffundemur, & nusiderando, quod peccata nostra Passio-nis Christi causa evriterint: quodq; cum sol iustitiae Christus venerit, ut illuminaret eos qui sedebant in te-nebris & umbra mortis, nos hanc lu-cem sequi non curauerimus.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deum, vt nobis lar-giatur gratiam ipsum & proximum, pro amore ipsius diligendi, vt verè sumus filij diei & lucis, id est, Dei, qui est amor & charitas: qui etiā amor ipsum impulit, vt in hunc mu-dum veniret.

*Oblatio.*

**E**Adem est, quæ in Exercitio ad Matutinas.

**AD TERTIAM.***Exercit. 80.*

**I**oann. 19. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit, Et milites plecen-tes coronam de spinis imposuerunt ca-piti eius: Et ueste urpurea circun-dederunt eum, & veniebant ad eum & dice-

*& dicebant: Ave Rex Iudeorum, & da-  
bant ei alapas.*

*Ibid. Exiuit ergo Iesus portans spineam co-  
ronam & purpureum vestimentum. Et  
dicit eis Pilatus: Ecce homo. Cum ergo  
vidissent Iesum Pontifices & ministri cla-  
mabant dicentes, Crucifige, Crucifige  
eum. Erat autem hora Tertia.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus, quomodo non  
inueniente Pilato culpam in Chri-  
sto; nec cum Iudæis Barrabam poti-  
us, hominem sceleratum eligenti-  
bus, conuenire valente: Pilatus ut  
eos placaret Christum flagellis cædi-  
iussit: quomodo etiam milites post-  
quam eum flagellassent, coronam  
spineam capiti eius imposuerint, &  
purpura vestitum deriserint: & per  
ludibrium adorauerint ac Regem sa-  
lutauerint; quem cum Pilatus ita tra-  
ctatum & deformatum foras produ-  
xisset; nemo fuit qui ei compatere-  
tur, sed omnes clamabant: Crucifi-  
ge, Crucifige eum.

*Gra*

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo pro omnibus quae in hoc mysterio passus est, & pro beneficio Redemptionis, quod pretiosi sanguinis sui profusione confecit.

*Confusio.*

**P**udore suffundemur; considerando, quod nostra in honestate Christum flagellauerimus, & nostra superbia spinis eum coronauerimus, & pecando Barrabæ illum postposuerimus, pluris aestimantes vilem aliquam delectationem & sordidum honorem, quam sanctissimam legem & immortalem gloriam ipsius; quo facimus quantum in nobis est, ut nihil nobis profit ipsius redemptio.

*Petitio.*

**R**ogabimus Deum ut nobis profundissimam humilitatem largatur, ut quemadmodum ille in passione sua contemptus fuit, ut etiam Barrabæ latroni postponeretur: ita ut nos ex animo conteni desideremus, nostrique despectum amplectamur.

*Obla-*

*Oblatio.*

**E**adem est quæ in exercitio ad Matutinas.

## AD SEXTAM.

Exercit. 87.

**I**oann. 29. Tunc tradidit Pilatus Iudeis Iesum ut crucifigeretur. Suscepserunt autem eum & eduxerunt. Et baiulans sibi Crucem exiuit in eum qui dicitur Calvaria locum ubi cruciferunt eum, & alios duos hinc & hinc medium autem Iesum.

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus, quomodo cum Pilatus omnia ad Iudeos placados attentasset, timeretque ne quod Iudei ipsi comminati fuerant, Cæsaris indignationem incurreret, Iotis manibus coram populo sententiam in Christum tulerit ut Crucis suffigeretur; & quomodo hac sententia accepta cum foris grauissima Cruce oneratum, ad Calvariam montem eduxerint, ibique medium

**EXERCIT. SPIRIT.**

274

dium inter duos latrones crucifixe-  
rint.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo, pro acerbis  
hisce suppliciis quæ nostri caus-  
sa passus est: Et pro beneficio, quod  
nos Christianos, & Ecclesię suę mem-  
bra esse voluerit, in qua per Sacra-  
menta & bona opera, meritorum  
passionis ipsius participes effici-  
mur.

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur, consideran-  
do quod peccata nostra Chri-  
stum cruci affixerint quodque cum  
simus Christiani, aliquando non  
aliter ac Turcæ vixerimus, eorum  
quæ fides Christiana nos docet, &  
que in Baptismo promisimus pror-  
sus immemores.

*Petitio.*

**P**recabimur Deum, pro castitate  
perfectissima, qua carnem nostrā  
cum omnibus concupiscentiis eius  
crucifigamus, vt c. m. Apostolo di-  
cere possumus nos Christo Cruci cō-  
fixos esse.

*Obla-*

**E**adem est quæ in exercitio ad matutinas.

## AD NONAM.

Exercit. 88.

**A** Sexta autem hora, tenebrae factæ sunt super vniuersam terram usque ad Nonam. Et circa horam Nonam clamauit Iesus voce magna dicens. Heli Heli Lamaz abathani, hoc est: Deus meus Deus meus, ut quid dereliquisti me.

**Luc. 23.** Et clamans iterum voce magna Iesus ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum: & dixit consummatum est: & inclinato capite tradidit spiritum,

## Consideratio.

**C**onsiderabimus mysteria quæ in cruce gesta sunt & ea quæ Christus in illa dixit & passus est, usque ad spiritus sui emissionem.

## Gratiarum actio.

**G**ratias agemus Deo pro acerbissima morte quam nostri caussa subiuit: & pro insigni illo beneficio, quod

quod nos à morte æterna inferni liberauerit, quām sæpè peccatis nostris, quæ contra maiestatem eius admisiimus promerueramus: sed ille misericorditer nos expectauit & ad pœnitentiam vocauit.

*Confusio.*

**E**Rubescemus, quod peccata nostra causam præbuerint ut vita moreretur: quod etiam sæpe illum in anima nostra occiderimus peccatum aliquod mortale committendo.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deum, ut nobis perfectam obedientiam largatur, qua propriæ voluntati nostræ pérfectè mortui, viuat & regnet in nobis sola Dei voluntas, quandoquidem propter obedientiam mori voluit.

*Oblatio.*

**E**Adem est, quæ in exercitio ad Matutinas.

kk

AD

MANVALE  
AD VESPERAS.

220

Exercit. 89.

Ioann 19. Iudei ergo quoniam Parasceuerat, ut non remanerent in cruce corpora Sabbatho (erat enim magnus dies ille Sabbathi) rogauerunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura & tollerentur. Venerunt ergo milites & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo: ad Iesum autem cum vernissent, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Cum autem sero factum esset, venit quidam homo diues ab Arimathia, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit ei reddi.

Consideratio.

Considerabimus mysteria: quæ post Christi in cruce expiracionem gesta fuerunt: videlicet, quomodo eum de cruce deposuerint: Considerabimus etiam lotionem pedum & institutionem sanctissimi

Eu-

Eucharistiæ Sacramenti , quæ circa  
horam vespertinam facta fuere.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo , pro benefi-  
cio inspirationum quibus nos  
affiduè visitat , excitans nos & vo-  
cans ante Solis occasum , vt dum di-  
es est perfectè ad ipsum conuerta-  
mur & animas nostras virtutum &  
meritorum thesauris locupletare  
studeamus:

*Confusio.*

**E**Rubesceamus quod tam sæpe ad  
diuinæ inspirationes surdi fue-  
rimus , easque dissimulauerimus: at-  
que inimici suggestiones , carnisque  
appetitus potius secuti fuerimus.

*Petitio.*

**P**Et emus à Deo veram spiritus pau-  
pertatem , vt , quandoquidem o-  
mnia præsentis vitæ bona caduca  
sunt & celeriter transeunt , cor nostrū  
nō illis , sed in solo Deo , qui semper  
manet , ac thesaurus incomparabilis  
animatorum ipsum amantium est , co-  
stituamus.

**E**adem est, quæ in exercitio ad  
Matutinas.

**A D C O M P L E T O R I V M .**  
Exercitium 90.

**I**oan. 19. Acceperunt ergo corpus Iesu, & li-  
gauerunt linteis cum aromatibus, sicut  
mos est Iudeis sepelire. Erat autem in lo-  
co ubi crucifixus est hortus, & in horto  
monumentum nū, in quo nōdum quis-  
quam positus fuerat, ibi ergo propter Pa-  
rascenen iudeorum quia iuxta erat mo-  
numentum posuerunt Iesum.

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus, quomodo Chri-  
tus sepulture traditus fuerit: ma-  
tris & Apostolorum solitudinē: plā.  
Etumque quo Christum, cum sanctis  
illis mulieribus, quæ illum viden-  
tem secutæ fuerant, deflenerunt.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo: pro bene-  
ficijs particularibus, quæ nos ab  
illo percepisse, & quotidiè percipere  
senserimus, præter generalia illa,  
quæ omnibus communia sunt.

*Con-*

*Confusio.*

PVdore suffundemur, quod ho-  
rum beneficiorum tam imme-  
mores, ac Deo benefactori nostro  
tam ingrati extiterimus.

*Vic. deo. Petatio.*

Rogabimus Deum, ut nobis lar-  
giatur perseverantiam in bonis  
operibus, & gratia ipsius: ut vitam  
nostram in seruitio ipsius finiamus,  
& postea in æterna gloria ipso peren-  
niter fruamur.

*Oblatio.*

Eadem est, quæ in Exercitio ad  
matutinas. Idem ordo seruari  
posset in officio B. Virginis persolu-  
endo: ut videlicet assumeremus  
pro vnaquaque horarum, vnum ex  
gaudijs considerandum: & vnum be-  
neficium pro quo ei gratias referre-  
mus: ubi etiam de ingratitudine no-  
stra pro tali beneficio confunde-  
mur: & vnam particularem virtu-  
tem quam à Deo per intercessionē  
Sanctissimæ matris suæ postulare-  
mus.

mus, Ac denique horam illam Deo  
ad honorēm suæ maiestatis, & Bea-  
tissimæ matris suæ gloriam  
offeremus, Amen.

FINIS.

Santis genit Padceb. 1605  
Laus Deo Virginisq; Matri.

INDEX

# INDEX MANV- ALIS EXERCITIORVM SPIRITALIVM.

- Xercitium maturino tempore  
xercendum quando expurgisci  
muri. pag. 1
- Quando induimur Exer. 2 pa. 12
- Quando lauamur Exercit. 3 pag. 13
- Ad egressum domus Exercit. 4 pag. 16
- Quando per plateas incedimus . Exercit. 5  
pag. 18
- Quando pulchrum aliquid intuemur . Ex-  
ercitium 6 pag. 20
- Quando deforme aliiquid cōspicimus. Exer-  
cit. 7 pag. 22
- Quando prosperitas aliqua nobis obtigerit.  
Exercit 8 pag. 24
- Quando aduersitatibus premimur. Exerci-  
tium 9 pag. 26
- Quando è creaturis aliquam voluptatem  
percipimus. Exercit. 10 pag. 27
- Quando dolore aliquo cruciabimur Exerci-  
tium 11 pag. 29
- Quando honor nobis desertur. Exercit. 12  
pag. 32

Quando

## INDEX

Quando ludibrio habemur. Exercitium 13

pag. 31

Quando laudamur. Exercit. 14 pag. 35

Quando arguimur aut reprehendimur. Ex-  
ercit. 15 pag. 37

Quando factum aliquod boni exempli vide-  
mus Exercit. 16 pag. 39

Quando fructum aliquem mali exempli  
conspicimus Exercit. 17 pag. 41

Quando hominem aliquem opulentum aut  
potentem cernimus Exercit. 18 pag. 43

Quando videmus pauperem. Exercitium 19  
pag. 45

Quando videmus aliquem infirmum. Exer-  
citium 20 pag. 48

Quando superioribus nostris assistimus. Ex-  
ercitium 21 pag. 50

Quando cum aequalibus sumus. Exercit. 22  
pag. 52

Quando sumus cum subditis. Exercit. 23  
pag. 54

Quando lahi sumus. Exercit. 24 pag. 56

Quando ambulamus & iter facimus. Exer-  
citium 25 pag. 58

Quando domum reuertimur. Exer. 26. pag. 60

Quando sedemus. Exercit. 27 pag. 62

Quando

# INDEX

- Quando stamus. Exercit. 28 pag. 64  
Quando horologium sonat. Exerc. 29 pa. 65  
Quando esurimus. Exercit. 30 pag. 67  
Quando sitimus. Exerc. 31 pag. 69  
Quando laboramus. Exerc. 32 pag. 71  
Quando cibum sumpturi sumus pa. 73  
Feria secunda. Exercit. 33 pa. 75  
Feria tertia Exercit. 34 pag. 77  
Feria quarta. Exercitium 35 pag. 79  
Feria quinta Exercitium 36 pag. 82  
Feria sexta. Exercitium 37 pag. 84  
Sabbatho. Exercitium 38 pag. 85  
Dominica die. Exercit. 39 pag. 88  
Quando Ecclesiam transimus. Exe. 40 pa. 90  
Quando Sanctiss. Eucharistiae sacramento  
in plaeis occurrimus. Exerc. 41 pag. 93  
Quando imaginem aliquam piam transi-  
mus. Exercit. 42. pag. 95.  
Quando nobis omnia contra voluntatem e-  
uenient. Exercit. 43. pag. 97.  
Quando defectum aliquem conspicimus. Ex-  
ercit. 44. pag. 99.  
Quando pluit. Exerc. 45. pag. 101  
Quando tempestas excitatur. Exe. 46. p. 103  
Quando solem aspicimus Exerci. 47 pa. 105  
Quando celum intuimur. Exerc. 48 p. 107

Quan-

## INDEX.

- Quando ignem cōspicimas Exer. 49 p. 109  
Quando aquam cernimus Exer. 50 pa. 111.  
Quando campos & agros intuemur. Exer. 51. pa 113  
Quando montes aspicimus. Exerc. 52 p. 116  
Quando arbores cernimus Exer. 53 pa. 118  
Quando flores conspicimus Exer. 54 p. 120  
Quando aues aspicimus. Exer 55 . p. 122.  
Quando alia animantia conspicimus. Exer-  
cit. 56 pag 125  
Quando aurum cantum aut aliam musicam  
audimus. Exercit. 57 pag 127  
Quando sonitum campanarum aut tubarū  
audimus. Exercit. 58 pag 129  
Vesperi ante quam dormitum eamus Exer-  
citium 59 pag 131  
Quando nos exuimus ad somnum capiendū  
Exercit. 60 pag 133  
Quando lectū somni caussa ingredimur Ex-  
ercitium 61 pag 135  
Interea dum obdormimus Exer. 62 pag 138  
Quando noctu excitamur. Exer. 63 pa. 140  
Exercitium quædam, quacunque diei vel no-  
ctis hora usurpanda. Exer. 64. pa 144  
Aliud Exercit. 65. pa. 145.  
Aliud Exerc. 66. pag. 147.  
De VIII.

# INDEX

- De virtute fidei Exercit. 67. pag. 149  
De vir. ute spei Exercit. 68. pag. 151  
De Charitate Dei. Exercit. 69. pag. 153  
De Charitate proximi. Exercit. 70. pag. 155  
De Humilitate Exercit. 71. pag. 157  
De paupertate spiritus. Exercit. 72 pag. 160  
De obedientia. Exercit. 73. pag. 162  
De Patientia. Exercit. 74. pag. 164  
De castitate. Exercit. 75. pag. 167  
De abstinentia. Exercit. 76. pag. 169  
Ad excitandum feruorem in diuinis obse-  
quijs: & desiderium profectius. Exercit.  
77. pag. 171  
Methodus audiendi Missam . Exercit. 78.  
pag. 173  
Ante confessionem Sacramentalem. Exer.  
79 pag. 203  
Post Sacram communionem. Exercit. 80.  
pag. 205  
Post Sacram communionem. Exercit. 81.  
pag. 206  
Quando hora auditur. Exercit. 82. pag.  
207  
Ad Matutinas Exercit. 83. pag. 208  
Ad laudes Exercit. 84. pag. 210  
Ad primam. Exercit. 85 pag. 211  
Ad ter-

# INDEX

<i>Ad tertiam Exercit.</i> 86-	pag 215
<i>Ad sextam Exercit.</i> 87.	pag 216
<i>Ad nonam Exercit.</i> 88.	pag. 218
<i>Ad vesperas Exercit.</i> 89.	pag. 220
<i>Ad complorium. Exerci.</i> 90.	pag. 223

FINIS.



15  
16  
18  
20  
23







Th  
3167